




**Scripta duo aduersaria D. Bartholomaei Latomi LL. doctoris,
et Martini Buceri theologi. : De dispensatione sacramenti
Eucharistiae. Inuocatione diuorum. Coelibatu clericorum.
Ecclesiae & Episcoporum communione, authoritate, potestate.
Criminationibus arrogantiae, schismatis, & sacrilegij, quae
sunt intentatae statibus, qui uocantur Protestantes. Omnia ex
authoritate non Scripturae tantum, sed etiam traditionum
apostolicarum, canonum, & S. Patrum.**

<https://hdl.handle.net/1874/406949>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:


<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

E. qu.

225



卷之二

七

八

九

十

十一

十二

十三

十四

十五

十六

十七

十八

十九

二十

二十一

二十二

二十三

二十四

二十五

二十六

二十七

二十八

二十九


三十


三十一

三十二

三十三

三十四





gerustauwe 3-7-02

propter uenit p̄ hīdānē cām. vi. cēnū
et i. alba in lege colo i. capite i. hīmū
Gnāt̄ scōn̄ i. hīp̄ comā nōt̄. nō
re a p̄po in albo q̄p̄ i. in p̄lāto nōt̄. nō
di. dñndor. nōt̄ ex dōpno s̄t̄ māf̄a cā
hār̄ nōt̄ qm̄ cor̄ p̄lāto c̄bo ucr̄. vi.
renus m̄ta in feb̄ i. alba uenit̄ q̄t̄
nōt̄. vi. tēm̄ i. alba uenit̄ in s̄t̄ cāt̄
Quale autē rēb̄ dīctōn̄ s̄t̄ s̄t̄
uēt̄as in cām̄ s̄t̄ s̄t̄ uēt̄ s̄t̄
cām̄ s̄t̄ a uēt̄ uēt̄ s̄t̄ s̄t̄. Ḡt̄
nō colōr̄a n̄t̄ lāt̄ i. fellea n̄t̄ tēt̄a
lēt̄e ex v̄l̄t̄ loq̄ caput̄ ocp̄at̄ i. n̄
q̄ i. autōr̄ p̄t̄ c̄b̄ occ̄p̄at̄ flegmo
nē pac̄ i. h̄ur̄ q̄ i. co p̄t̄ n̄t̄ s̄t̄ s̄t̄
nēt̄ p̄t̄ i. n̄q̄. n̄t̄ eñt̄ p̄t̄ i. h̄ab̄

Amelio

in lucis aut icōmēt̄ p̄t̄ vēne dōz̄ac̄
tūt̄a ocl̄ i. q̄p̄ uad̄ i. p̄t̄ v̄l̄. Nēt̄
ad̄ h̄ i. tēm̄or̄. cām̄p̄r̄. Ḡt̄ a tēm̄
p̄t̄ q̄p̄ vēt̄a camēlōt̄. v̄l̄b̄ida. s̄t̄
lap̄ ouich̄u. h̄u. ḡ. ex lox̄er̄ albi v̄q̄
rēt̄. P̄m̄s̄ i. m̄t̄ s̄t̄ i. n̄t̄ n̄t̄dōn̄
c̄p̄at̄ s̄t̄. alba vi. p̄f̄m̄ q̄ i. m̄
v̄l̄p̄allida s̄t̄ ut tēcādo sem̄anc̄a c̄t̄
m̄h̄ dñndor. p̄man̄ q̄p̄. alq̄. tēcādo in
s̄t̄cōn̄ p̄nāt̄ in maiōt̄ p̄all̄. p̄st̄ cōl̄
x̄. n̄ḡf̄ h̄idān̄. s̄t̄. p̄l̄ou. aq̄f̄. vi.
n̄t̄ep̄ise. P̄p̄. h̄u. a. p̄t̄. v̄l̄n̄ḡ. h̄l̄
auro acēt̄a vēlēn̄. vēlēn̄. n̄t̄. n̄t̄. n̄t̄.
P̄v̄t̄at̄ c̄m̄p̄. au. v̄l̄. v̄l̄. n̄t̄. n̄t̄. n̄t̄.
alb̄ croco orclāns. Acl̄. v̄l̄. v̄l̄. v̄l̄.
m̄ula. v̄l̄. v̄l̄. v̄l̄. v̄l̄. v̄l̄. v̄l̄. v̄l̄.

VI

V

rebus omnibus plementis aduenientibus / in meo plemento
incidit hanc facturam non i albo i meo
quintus numerus sit ac fortissima. color
nisi ut colores in eis / ut quinque. latitudine
eo quod **Q**uia violaceus / sanguineus / placid
deus / et via gloriosa / vidua pmaeg / nisi
omnia a colori primo secundum / perducimus
non pmentum / sicut ut pmentum / qd se trac
cuntur / plages / exigit / qd ce quidam
meminerit colorum hinc a colori ut ex seco
re sic aut ex plaga **P**hnicio non nesci
dichis alii sicut etiam non colorum suorum
sic et vidi pfecte non colorum suorum
et lumen sicut etiam **P**lautus illa omnia
colorum nescio latere velut hinc sanguine
m / multa non mea alia autem / etiam
distina sunt / et coloribus quod sufficiuntur


Qui est remissa in diebus in dñi
ab his qui non sunt sapientibus
colorum sunt huius deae
psi in diebus si
ab aliis imbecillius
hinc coloribus erunt
Dicitur apud d
vñ flegmatis
chores sunt calor
colorum non est fac
ratus

225

Theologia

Quarto n°. 225.

Propter hoc
est enim
hinc colorum
vñ presentis quoniam non possunt nisi hinc
sunt nocturni et hanc in diebus vñ color
nem in sibi per suacionem faciunt
vobis



N. 14. C.

n° 40. m.

SCRIPTA DVO
ADVERSARIA D. BARTHOL.
LOMAEI LATOMILL. DOCTORIS,
ET MARTINI BV CERI
THEOLOGI.

Dispensatione Sacramenti Eucharistiae.
Inuocatione Diuorum.
Cœlibatu Clericorum. Communione.
DE Ecclesiæ & Episcoporum Authoritate.
Criminationibus arro
gantia, schismatis, & sacrilegij, quæ sunt in
tentata Statibus, qui uocantur Protestantes.

OMNIA EX AVTHORITATE NON
Scripture tantum, sed etiam traditionum Apo
stolicarum, Canonum, &c. s.
Patrum.

Respondeatur etiam PIGHII, & ALPHON
SI, atque deputatorum Colonensi
um argumentis.

ARGENTORATI IN AEDIBVS
VVENDELINI RIHELII.

M. D. XLIII.



X donante Hub. a Busel

СОБИТАДА

АДАМСКАЯ ДЕСЯТКА

КОМАСАЛОВАЯ ДОРОГА

И МАСЛЕННИЦА

ЧИНОВНИКИ

ПОДСЛУЖИВАЮЩИЕ ПРИЧИСТИ

ПОДСЛУЖИВАЮЩИЕ

ЧИНОВНИКИ ЧИНОВНИКИ ГОДОВЫЕ

ДОЛГОВЫЕ ПРИЧИСТИ АГИТОВАНИЯ

ЧИНОВНИКИ СОВЕТЫ ПОСЕДЫ

ДОЛГОВЫЕ ПРИЧИСТИ АГИТОВАНИЯ

PRAEFATIO MART. BVKERI
AD PIVM LECTOREM.

MIRABERIS HAVD DVBLIE, CHRI-
stiane Lector, Bartholomæum Latomum, inter cætes
ros etiam uoluisse stylum in nos stringere, & labores,
quos Ecclesiarum emendationi multis nunc annis im-
pendimus, tam acerbe traducere. Et mihi sane inex-
pectatum id accidit. Nam ut prædicauerant eum nobis uiri pleriq;
boni, & docti, qui eum diuturna consuetudine cognouerant, ita &
nobis uisus erat præter singularem eruditionem, & dicendi facultas
tem, haud uulgari quoq; humanitate, fide, cædore, studioq; ueri, & re-
ti prædictus esse. Cum enim reuersus ex Italia, dies aliquot apud ami-
cos ueteres Argentorati substitisset, admodum amanter nobiscum
uersatus est. At cum Bonnæ Euangelion Christi annuciarem, signi-
ficatum mihi fuit, nec semel, nec ab hominibus uanis, eum subinde
loqui amarulentius de instituto Archiepiscopi Coloniensis, quod
Ecclesiæ emendaret, & restitueret: acerbius etiā dicere in omnes eos,
qui administrationem Ecclesiarum reuocare ad præcepta Christico-
nantur. In primis autem serebatur, tueri & propugnare dispensatio-
nem dimidiati Sacramenti, Inuocationem Diuorum, Et quod Cle-
ricis legitimum coniugium interdicitur: multa quoque disputare de
Ecclesia, Ecclesiæ authoritate, ordine, & disciplina. Cum igitur in as-
tris, tum etiam nostri amantem, & singularē osorem omnis fuci, et ins-
ans ostentationis, putabam officij mei esse, ut ipsum amice admone-
rem. Primum, ut iudicium sibi de rebus sacris peteret, et formaret ex-
diuinis literis. Deinde, ut cum aduersariorum nostrorum libros le-
geret (audieram enim eum diligenter uersari in Philippicis Alphon-
si Hispani) legere & ea ueller, quæ nos aduersarijs respōdemus. Tum
ut agnosceret negotiū Euangeliū, nec mundo approbari, nec opris-
mi etiam a mundo posse. Deinceps, ut perpenderet hunc totius reli-
gionis finem esse, uiuere in Christo. Postremo qua fiducia, & constan-
tia, nos oportet ea, quæ Christi sunt confiteri, & prædicare. Et quo-

A ñ niam

nam audieram multa eum uerba facere de Ecclesia, deq; Ecclesiæ au-
thoritatē, tum ordine, tum disciplina, promittebā ei peculiare de his
capitibus religionis nostræ scriptum. Cum enim accepissem eum ex
animo detestari omnē hypocrisin, & falso iactatos titulos, ac inane
pompam, spes erat, si & sacram Scripturam diligenter euolueret, &
cognosceret etiam ea, quæ nos partim e Scripturis, partim ex ueteri
rum & Sanctorum hominum libris ac monumentis, aduersum pre-
stigiosa sophismata plurimorum, & falsas criminationes responderet
mus, futurum ut quæ uera sit Ecclesia, quæ huius authoritas, quis
ordo, quæ disciplina, facile agnosceret, & instaurationem synceram
Ecclesiarum adiuuaret potius, quam ut propter hoc studiū nos
insectaretur. Nos enim pro nulla re alia, cum aduersarijs dimicamus,
quam pro ueritate contra hypocrisin, pro sincera & solida
Christi doctrina contra falsam, & personatam, pro Ecclesia Christi
certa, & uia contra inane & exanime Ecclesiæ simulacrum, pro Sa-
cramentis, pro disciplina Christi, pro precibus & cæteris religionis
actionibus reuera exhibendis, contra fucum harum rerum, quo &
illuditur Deo, & præstigiæ sunt hominibus. Quo autem animo La-
tomus hanc meam admonitionem exceperit, suo ad me scripto de-
clarauit, quod hic post meam ad ipsum primam Epistolam subiec-
tum. Quod quidem scriptum cum audiarem spargi inter homines, qui &
sua putant esse uera, & nostra falsis criminiibus obruere conatur, pat-
cis ad Latomum rescripti, conquerens de responsionis acerbitate, &
falsa nostri criminatione, simul etiam commonefaciens, ne religio-
nisti hostem se constitueret. Et quia significatum fuit scriptum eius uer-
sari in manibus hominum, ut dixi, & iactari a quibusdam ualde glo-
riose, denunciaui ei me responsionem meam æditurum, premisso es-
tiam eius scripto, siquidem ita uellet; si minus, me illi sua edenda re-
liciturum, & meam dumtaxat responsionē, eius interim nomine sup-
presso, euulgaturum. Quia de re sententiam suam ut mihi per homi-
nem certum significaret, quem ad eum hoc nomine miseram, roga-
ui. Et hanc meam Epistolam postea subiunctā scriptio Latomi uides,
conqueri. Ad hæc omnia nihil respondit ille, quod quidem ad me
perue-

peruenerit dum essem Bonnæ. Sed cum illinc abiens domum repes-
terem, in itinere uenit ad me anhelans in fastigio montis illius, qui im-
minet Lintzio, D. Georgius a lapide Decanus Cöfluentinus, & scri-
ptum quoddam Latomi adferebat, eo titulo, quo nunc impressum
uides. Cumq; Latomi literas ad ipsum scriptas mihi ostendisset, pete-
bat a me, si Latomi scriptū cedere uellem, ut illud quod ipse attulisset
exemplum, typographis darem: ego contra rogabam, quæ uolun-
tas ipsorum esset, & num uellent in hominum manus exire; me factu-
rum ea in re quod ipsis uideretur. Nam hoc erat in literis Latomi ad
Decanum, ut ita mecum transigeret, ne ipse uideretur seditio[n]is esse
cupidus. Cum autem urgerem Decanum ut diserte diceret, utrum si-
eri mallent, cdi, aut non ædi Latomi scriptum, tandem dixit ut cdes-
rem. Sed ubi domum rediſsem, alia quedam Ecclesiæ grauita[n]a ne-
gotia me partim exceperunt, partim secuta sunt, quibus omnino mi-
hi fuit incumbendum. Quo factum est, ut scriptum illud non emittes
rem statim, sed differrē alijs rebus occupatus: sic tamē, & eo animo,
ut ante has nundinas, una cum mea responſione promulgarem. In-
terim vero Decanus ille, tantillæ moræ impatiens, curauit excudi
Latomi scriptum Coloniæ. Quod & si intelligo factum esse iniussu
Latomi, tamen quia ipse Latomus postea mihi exemplum unum ex-
cusum misit, & quidem sine literis, aeditio[n]em hanc minime uidetur
improballe. Hæc eo cōmemorauit, ut ostenderem pie Lector, me nul-
lam dedisse Latomo cauſam scribendi in nos tam atrociter: uel erā,
post cōscriptis, hoc offendiculum publice Ecclesiæ obijciendi. Nimiris
multa, & tetra nimium extant hodie certamina per Ecclesiastis, quibus
abolendis magis quam augendis impendere se debent, qui regnum
Christi, non quæ sua sunt quærunt: qui Christi, non suam gloriam af-
fectant, & utilitati gregis dominici potius, quam suis uolunti[n]is ferui-
re cupiditatibus. Quoniam autem Latomus dictionis & stylī com-
mendatione, Eccij, Pighij, Alphonsi, & Colonienſi sophismata co-
natus est illustrare, & reddere plausibiliora (nihil enim noui attulit)
eaq; tandem grata quidem, & diserta breuitate, sed non absq; detri-
mento, & offensione quorūdam euulgauit; uisum est aliquid ad has
præstigias respondere, non ideo sanc, quod confutandum adhuc ali-

A ij quid

quid restet eorum omnium sophismatum, quae nobis, a multis iam annis aduersarij nostri obijcunt, (confutata sunt enim omnia pridē, & copiose) uerum quoniam infirmiores aliqui perturbantur haud dubie, si non opponantur nouæ refutationes, eisdem nouis sophismatis: quando uidelicet, ob nouū aliquem orationis fucum, uel elegantiorem dictionem, & subtiliorem argutiam, plane aliam induunt faciem, & aliquid esse putantur: idcirco recte faciunt Ecclesiae ministri, qui tales laqueos, et technas detegunt, & oculis exponunt, ne similes & imbecilliores periclitentur. Nec enim ferendum est, ut aduersarij, in faciendo fuco, & offundendi nebulis sophismatum suorum, videantur esse diligentiores, quam uerae Ecclesiae ministri, in discutienda caligine, & remouendo fuco. Deinde pleriq; omnes, qui Sophistica horum argumenta confutarunt, satis habuerunt eam refutasse ex diuinis scripturis, quibus merito cedere debet omnis alia, quantiuus antiqua, & multis approbara authoritas, & interim tamē aliqui nec indocti, nec stolidi homines perturbantur clamoribus aduersariorum: quando calumniantur, & affirmant nos contradicere uniuersæ ueteri, & probatissimæ Ecclesiæ: nostra omnia esse noua, & nuper conficta: nos pro nostro arbitrio torquere scripturas, & inuerte, contra Catholicum, & orthodoxum consensum totius iam inde ab initio Ecclesiæ traditum nobis ueluti per manus, a sanctissimis hominibus, maioribus nostris. His, inquam, clamoribus aduersariorum, quibus omnia perstrepunt, quia non pauci boni, & sanabiles homines uexantur, & commouentur, adeoq; a pura Euāgelij doctrina redduntur alieni: putabam esse mei officij ostendere, aduersarios non minus esse uanos, & mendaces, quando gloriātur pro ipsis facere S. Patres, Traditiones Apostolicas, Consensum primæ Ecclesiæ, quam sunt uani & impudentes, dum assuerant sua esse consensu sacris scripturis, Ecclesia Christi, ut uerbo Dei renata est, sic etiā inhæret ei perpetuo. Quare nulla Traditio, nullum institutum, nullum dogma, nullus ritus potest adscribi Ecclesiæ Christi, nisi ex uerbo Dei scripturis prodito demonstretur. His igitur de causis, ne uiderentur ministri Ecclesiæ doctrinam Christi, minus diligenter adserere, quam aduersarij oppugnant, aut minus curse impendere fratribus infixo

bus infirmioribus a fuso mendaciorum vindicandis, quā aduersarij
impendant, ut illos illaqueant: deinde ne ad istam blasphemiam, &
contumeliam uideremur conniuere, quando uidelicer aduersarij, ias-
tant ueterem Ecclesiam, & S. Patres consentire cum ipsis; non po-
tui non aliquid describere, non tam ad Latomi scriptum, quam ad so-
phismata Pighij, Alphonsi, & deputatorum Colonienſium, qui omnes
ea quae Latomus breuiter perstringit, copiosius tractant. Statutum
autem habeo, decertare ueris armis, & instrumentis, hoc est scriptis
ris, Traditionibus uere Apostolicis, & sententijs Catholicis ac ortho-
doxis S. Patrum, non C O N V I T T I S. Et quanq̄ oratio con-
gruere rebus ipsis debet, licet ad exemplum sint propositae nobis in-
crepationes Domini, sed & Prophetarum, & Apostolorum, quibus
mendacium & sophistiken exerentem se contra doctrinam Euanges-
tij dissecerunt, & si propter has cauillas non debebam lenibus uerbis
agere cum aduersarijs, qui sunt usi multum acetosis & atrocibus con-
tra nos: abstinui tamen, & intra certos ueluti cancellos cōtinui me, de
nulla re minus cogitans, quam ut uel Latomi, uel Pighij, uel etiam
Alphonſi (qui tamen scribendi suauitatem singulariter affectauit)
asperitatem & maledicentiam imitarer: idque non alio consilio feci,
quam ut infirmiores hac lenitate cōmonerem, & incitarē ad res ipsis
& utriusq; partis argumenta consideranda. Quod si nihilominus
Latomo, uel eius amicis alicubi uidear uehemētius agere, sciant ipsi
si omnia illa duriuscula scripta, ad eos tantum pertinere, qui Euan-
gelio Christi, & p̄t Ecclesiarum restitutioni bellum obstinate infe-
runt. In his enim nihil potest seuерum satis, uel dici, uel scribi. Tu-
cogitent & Latomum nihil atrocissimorum criminum, que in ullos
quantūvis sceleratos configi possint, pr̄termisſe, quarum tamen
criminorum, non poterit unq; ullam probare. Scribit enim, nos
eripuisse sacramenta salutis, turbasse ordinem Ecclesiæ, disciplinam
uererem supplantasse, cōſtituere nos ipsis iudices, omnem omnium
temporum autoritatē conuellere, inſcelicem esse per nos, & multis
modis afflictam Germaniam, iacere contemptam legum feueritas
rem, religionem oppressam esse, morē maiorum sublatum, nullam
pietatem, nullum metum, nullum pudorem tenere homines, ferri es-

A iiiij quis au

quis aurigam, nec currum audire habemas. Et tamē in his tantis mā
lis finem nullum inueniri posse, nisi arbitrio nostro permittantur oī
mnia. Diripiisse nos Ecclesiæ, Monasteria excidisse, rapuisse bona,
expulisse Monachos, uirgines polluisse, nunc etiam iudicia tollere
nos conari, ne quid sit in tanta atrocitate, quod metuendū nobis sit,
quod cursum audaciæ nostræ retardare possit. Hęc tanta tamē atroc
ia crimina Latomus in nos, & in tot millia, non hominū, sed Eccle
siarū, in tot omniū ordinū eximios pietate, eruditioне, & dignitate
uiros, manifestiss. mendacij, & intolerabili rabie euomere ausus
est in eos certe uiros et homines, qui nihil aliud, quā quę Dñs nostet
Iesus Christus uerbo suo salutari præcepit, restitui in Ecclesiis que
runt: qui nihil etiam ex Ecclesiis tolli uolunt, nisi quod manifesto uer
bo Dei palam repugnat. Et de his rebus omnibus tibi Christiane
Lector, omne iudicium defero: hoc solum a te postulās, ut toto cor
de ad Deum respicias, nec ullas cupiditates, pessimos uidelicet con
victores, in consilium admittas: tum, ut pari studio legas utriusque
partis scripta. Vides, quibus flagellis nos urgeat Deus ad emenda
tionem uitę, nec potes dubitare hanc prorsus pendere, a pura & fide
li religionis administratione, quam undique uitiatam esse pīj omnes
farentur, & conqueruntur. Quanto igitur scelere se deuinciant illi,
qui hanc remorari conantur, facile ipse agnoscis. Sed iam lege que
ego ad Latomum, & ille ad me, quęc rursus ei respondi. Dominus
Iesus aperiat nobis omnibus oculos & mentes, ut tempus uisitatio
nis nostræ tandem agnoscamus, & ut oblatam tot modis Dei bene
volentiam prius cōpleteamur, quam necesse sit experiri fatum Ieru
salem, & aliarum ciuitatum, atque regnum, quę uer
bum & uocationem Domini ad salutem re
spuerunt. Vale. Datum Argento
rati. xij. Martij. Anno
M.D.XLIII.

EPISTOLA PRIMA MARTI.

ni Buceri, ad D. Bartholomæum Latomum, LL. Doctorem. S. D.

QUANquam uidebare in proximo nostro colloquio Latome doctissime, hominum cum authoritat in religionem, tum potentiae contra assertores religionis, plus quam uelle tribuere: multum tamen recreauit, quod studium in restitutionem rei Ecclesiastice pleno ore profiteri uidebaris, & horrendam istam, quæ per omnes Europæ prouincias obtinuit, parochiarum Christi desolationem grauiter deplorabas. Et quoniam te ex animo diligo, ut quem Dominus Iesus tam egregijs donis exornauit, rogo & hortor te, ut iudicium de religione ex nullis quâ diuinis libris tibi pares. Cumque legere uoles, quæ scribuntur contra nos, qui certe nihil in hac contentione, quam regnum Christi querimus, id quod uerum esse uidebis in DILECTIONE DOMINI, legere etiam uelis ea quæ nos respondemus. Ac diligenter cogites, illa quæ Christi sunt mundo probari non posse, tum etiam obtinere hec, & propagari uia arcana Dei, frustra mundo repugnante. Denique finem horum omnium esse, ut uel exutis nobis ipsis, non solum toto mundo, uiuamus in Christo, et Christum uerbo, & uita tota prædicemus, & ad ipsius regnum, quos licet adducamus.

Quo circa, quicquid de religionibus, & sacris ceremonijs dispusetur, siue instituendis, siue administrandis, nisi hoc earum administratione efficiatur, ut peccatorum & aucta agnitione, & excitata pœnitentia, Christum unum nostrum propiciatorem fide omnes praesentes amplectantur, ea que uiua, quæ se tam in reprimendis prauis carnis cupiditatibus, quam in exhibendis pieratis, atque dilectionis officijs, cum in omnes homines, tum etiam in inimicos, magis magis exerat, & explicit, profecto frustra est, & Christo approbari non quam poterit quod molimur, quod gerimus.

Nec quicquam nos nomen Ecclesie, nihil antiqui temporis, uel amplissimi consensus authoritas ad tribunal Christi subleuabit, si non priuata confessione, tum oris, tum uitæ totius, ac publica, & do-

Finis omnium
actionum Ec-
clesiasticarū.


A vetrina, nisi necessaria.


S E P I S T . P R I M A M A R T . B V C .

etina, & ceremonijs omnibus prædicemus Dominū Iesum, & hunc crucifixum: idq; et clarissime, & confidentissime, & ardentissime, ut est Rex summæ maiestatis & gloriæ, solus omnipotens, & nostri aman-

tissimus, eocq; & in nos benignissimus.

Quod hæc nunc potissimum ad te scribere in animum induxi, causa est, quod delatum ad me sit, non per leues homines, te tibi sum p̄isse adserere, etiā ex iure diuino, Inuocationē Diuorum: & quod a sacerdotibus recte exigitur abdicatio S. cōiugij: tū etiam te studiose solere defendere, quod pars tantum sacramenti in Eucharistia dispensatur. Audieram & ante non pauca de tuis disputationibus, quo modo de religione disceptare soleas, non bene consentanea cum ijs sermonibus, quos aliquādo nobiscum Argentorati habuisti: & quoniam in his disputationibus intellexeram autoritatem, ordinem, & disciplinā Ecclesiæ abs te singulariter urgeri, cooperam de his Epistola lam ad te scribere, & eam talem, quam æderem, sed tuo nomine superpresso. Nolim enim tecum publice disputationare. Attamen cum plerosq; hetero intelligere, bonos alioqui uiros, & religiosos, his incip; ipsiis hæc rere argumentis, quibus in ea Epistola respondere institui, uoluerā et illis ædita Epistola, si possem, uia ad syncerām religionem ab aliis quod offendiculis repurgare. Alia autem & magis necessaria negotia Ecclesiæ a perficienda Epistola retraxerūt. Dum igitur eam ad te mittam, uisum nunc est ad te mittere libellum præsentem D. Philippi, quem rogo & oro, ut legas religiose, remoto ab animo omni p̄iudicio mundi. Et plurimum te obtestor per humanitatem tuā, perq; maiestatem D. Iesu, rescribere uelis, quid maxime in hoc D. Philippi scripto defyderes, aut repræhendendum putas. nihil enim horū cuiusquam communicabo: fidem certam amici præstabo, detecto enim per trahi ullos doctos, & bonos uiros in ullam contentionem publicam, nedum religionis. Tantum priuatim ad te respondebo, que uis debuntur. Hęc omnia, uir doctissime ut boni consulas, te oro: neque dubites, ea tantum Christi, & tui studio ad te esse prescripta. In opportuno certe loco te Christus in Ecclesia sua constituit apud tuum Episcopum Electorem, idem tibi largiatur, ut ipsi te, tuamq; operam approbes. Vale foeliciter cum uxore, & amicis, & rescribe: quod a te usice peto. Datum bonnæ, xv, Junij. Anno M. D. XLIII.





RESPONSIÓ

BARTHOLOMÆI LATO,

MI AD EPISTOLAM QVAN

dam Martini Bucer de dispensatione Eucharistiae, &

de inuocatione diuorum, item de cœlibatu

sacerdotū, in qua interim Ecclesiæ, &

sanctorum patrū authoritas

acerrime defenditur.

CLARISS. THEOLOGO

D. MARTINO BVC E=

RO BARTHOLOMÆ=

us Latomus LL. Doctor

S. D.



V M H I S D I E B V S E X A V e
la domum redijsem, inueni literas tuas cum
scripto Philippi contra delectos Cleri Colos-
nensis, quod ad me misisti. Ex literis intellexi
studium tuum & curam in negotio religio-
nis, & quod nonnihil offensionis conceperis
aduersum me, quod in sermonibus meis a
uobis dissentire dicar. De scripto Philippi pe-
tis a me, ut id legam diligenter, & rescribam ad te, quid in eo desyde-
rem, aut quid maxime reprehendendum esse putem: fore apud te
unum, quicquid scripsisse, neque ad alium peruenturum esse. Ad
hæc ut paucis tibi respondeam, ac morem geram uoluntati tuę, primū
illud abs te peto, ne me putas mutasse sententiam, & nunc aliud sen-
tire, quam olim senserim. Deinde ne me existimes quasi Theologum
secum descendere in certamen, sed tanquam unum de plebe obsequi
uoluissime petitioni tuę, quam negligendam esse non duxi, uel propter

Non ut Theo-
logus disputationis

B amicis

amicitiam, quæ mihi Argentinæ tecum contracta fuit, uel quia tam
to studio obsecrasti me, ut sine pudore recusare non possim. Ego in
cognitione sacrarum literarum uersatus non sum, neque eam curam
Non est in 14- ad me pertinere putavi, sed si quid intelligo, aut etiam iudico de his
cris literis uer rebus, quæ per ora omnium hodie uolunt, id suppetit mihi ex cora
satus.

Variae sunt in deo uarias esse, ut in uita hominum, ita in Ecclesia Dei munera fun
Ecclesia fun ctiones: alijs terram colunt, alijs exercent artes, alijs docent, alijs impes
tiones. rant, alijs seruiunt Euangelio, & rei diuinæ operam nauant. Quod si
omnes uni studio addicti essemus, careret Ecclesia necessarijs præsi
dij, nec diu hunc statum tueri posset. Ego priorem partem ætatis
meæ consumpsi in Gymnasijs, non ignaue, ut opinor: nūc ad Rebus
publicam me contuli, quod ita & natura mea, & fortuna hortari uis
debatur. Hanc elegi spartam, qua contentus sum, atque utinam eam
pro dignitate ad utilitatem multorum ornare possem: non uilio

Putat Politic. res, crede mihi, partes, quam si concionator essem in Ecclesia, sustine
functions pa re me putarem. Sed cur disputas, inquis, de religione, si Theologus
res ministerio nō es? Cur disputat tota hodie Germania? cur indocti multi & pro
uerbi Dei. phani hoc pessime faciūt, quos a uobis excitatos esse video? An cum
mulierculæ in balneis & coniuījs de Eucharistia, de sanctorum in
uocatione, de Missa, de multis alijs magnis & inusitatibus rebus garris
unt: ego sicubi in uirorum congressum incidero, ubi multa pariter
absurda, multa indigna audiuntur, ita lentus ac patiens ero, ut nihil
in omnium sermone eloquar & præsertim cum interdum prouocari
me ab aliquo, & meam experi sententiam videam? Hæ sunt disputa
tiones meæ, de quibus audisse te scribis in epistola tua, quæ si offend
dunt aliquem, culpam imputet ihs, qui hanc licentiam inuexerunt in
Germaniam, nullumque fere locum uacuum ab ea reliquerunt.

Sed ut ad rem ueniam, ad te delatum esse non per leues homines,
me sum.

A D E P I S T . B V C E R I ,

me sumpsisse mihi iure diuino asserere invocationem diuorum , & quibus hic ab
quod a sacerdotibus coelibatus exigēdus sit. Item, quod studiose desputat.
tendere soleam , partem sacramenti tantum in Eucharistia dispensas
ri . Hęc ita ad te delata esse, ut credam Bucere tibi , quem caussam
tingendi nullam habere arbitror , tamen non possum æ quo animo
ferre delatoris uanitatem, qui de sermonibus meis si quid dixit, in eo
fortasse menitus non est, sed quod ullam diuini uel humani etiam
iuris facultarem mihi in hac caussa arrogauerim, in hoc sane impu-
denter, quod in mentem ei uenit, id dicere quoque non puduit . Sed
mitto delatore . Respondeo tibi de Eucharistia primū, me semper De cōmuniō
per in ea opinione fuisse, maiorum authoritate fretus, ut crederem ne sub utraq.
tantudem sub una specie contineri, quantum sub duabus. Ita enim specie.
Augustinus, ita Ecclesia plusquam mille annis creditit . Quid enim
seruator noster Christus, cum in coena illa panem solum tenens, hoc
est corpus meum, diceret, tu non uerum & perfectum corpus exitisse
credis? Et rursus sumpro calice, cum diceret, hic est sanguis meus, tu
non uerum in corpore sanguinem, sed fusum iam per uulnera, & a
corpore seiuūtum fuisse putabis? Num igitur falsus fuit Christus,
cum de solo pane corpus, de solo uino sanguinem suum dixit? nisi
forte exangue corpus, nec sanguinem commistum carnī, sed priusq;
sunderetur in cruce, in sacramento iam fusum intellexit. Quod si ab
surdum est, quid aliud dici potest, nisi unum & indiuīduum corpus
esse sub specie panis & uini, & idem ipsum corpus sub altera specie
tantum contineri? Etenim diuidi non potest, quod unum solum &
indiuīdū est; nec si species sacramenti duas sunt, ideo diuisum est cor-
pus; nec si una species, idcirco & corpus unum est, sed unum numer-
ro corpus, quia substantia unum est, quod nec diuidi in partes, nec in
aliud quicquā discerni, cum unum sit, potest. Sed cur mutas, inquis,
Christi institutum, qui hoc sacramentum porrexit sub utraque specie
discipulis? Porrexit, fateor, sed idcirco nō uetus, quo minus sub una
quoque specie porrigeretur fidelibus, præsertim cū ipse eodem mo-
do duobus discipulis post resurrectionem, ut sentit Augustinus, por-
rexit. Deinde porrexit solis apostolis, id quod Ecclesia etiamnum
obseruat in sacerdotibus, qui cum sint ministri Ecclesiæ, & sacram il-

Lxxv. 24,

B ij lam cœ

12. R E S P O N S I O B A R T . L A T O M I

Iam cœnam peragant populi nomine, recte imitantur institutū Magistri eodem ritu, quo ipse prodidit. Iussi autem hoc ipsum facere in memoriam ipsius, passionem quoque representant sub corporis & sanguinis imagine. Corpus enim suspensum in ligno profudit sanguinem, & utrumq; separatum ab altero redempcionis nostræ munus impleuit. Audio, inquis, quæ dicis de sacerdotibus, sed cur laicis species uini adempta est, cum Paulus eandē Corinthiis, & prima Ecclesia omnibus fidelibus porrexerit? Dico licuisse hoc in prima Ecclesia, & licere hodie, nisi antiquatum esset multorum temporum consensu, & postea decreto Ecclesiæ abrogatum. Cum enim rudit

Ecclesia ad- adhuc esset prima Ecclesia, ritum a Christo acceptum religiose tenuit, donec docta a patribus intellexit utramque speciem conuenire sa**stutum Chri** erdotibus, laicos solo pane contentos esse posse. Itaque hunc ritum **sti retinuit.** deinceps tenuit multis seculis, donec Hussitarum hæresis decreto causam dedit. In Basiliensi igitur concilio, ut nosti, calicis usus ademptus est laicis, nō ut fraudarentur participatione sanguinis Christi, quem nihil minus sub pane consecrato percipiunt, sed ut tolleretur error simplicium, ne putarent a corpore seiunctum sanguinem, & in duobus sacramentis Christum diuisum esse. Sed & aliae causæ fuerunt non leues, quæ referuntur a Theologis, quas quia nō ignoras, consulto hic prætermitto. Verū uitcunq; sit, mihi certe satis esse debet, quod Ecclesiæ ita placuit, cuius authoritas cōtemnenda nō est, et in quam inquireti nephas esse puto. Sed negas fortasse Ecclesiam suis, quæ hoc statuerit, primum quia Græci non interfuerint, itaq; non fuisse uniuersale concilium. Deinde schisma extitisse inter summum Pontificem, & eos qui Basileæ congregati fuerunt. De Græcis respondeo, quod schismatici fuerint, & sint hodie, propter articulum de spiritu sancti processione, in quo, & alijs plerisque dissentientia Latina & uera Ecclesia, et ab eadem iam olim discesserunt. Quod ad Pontificem attinet, is primum approbavit Basiliense concilium, & acta eiusdem, præsertim contra Bohemos, decreto confirmavit. Deinde mutauit sententiam, id quod facere nec potuit, nec debuit. & conatus est dissoluere concilium, quod a Martino Pontifice institutum, ab ipso confirmatum fuerat. Illud tamen satis constat, conuen-

**Græci Schis-
matici.**

cum illo

tum illum, qui cum Pontifice Ferrariæ primum, deinde Florentiæ congregatus fuit, neque improbasse decretum hoc, quod de dispensatione Eucharistia Basileæ factū fuit, neq; si interfuisset, improbatum fuisse, præsertim cum iam ante in Constantiensi concilio Hussitana heres damnata esset. Sed qualiscunque fuerit illa congregatio, ego *Auctoritas* existimo authoritatem Ecclesiæ penes eos fuisse, qui nomine eius Eccle. penes conuenerant, secundum Christi promissum, qui ait: Si duo ex uobis eos qui nomine consenserint super terram, de omni re quam petierint, sicut illis a patre ne ipius contra meo, qui est in cœlis. Vbi enim sunt duo uel tres congregati inueniuntur. nomine meo, ego cum eis sum. Quibus verbis clarius dici nihil possemus. *Matth. 18.*

Sed dico fortasse, eos qui in concilio fuerunt, non Christi, sed suo nomine coactos fuisse, ut qui non quæsierint Ecclesiæ unitatem, sed suis rationibus studuerint, oppugnarint Pontificem, & quicquid libuerit suo arbitratu decreuerint. Hoc difficile dictu est, nedū creditur, tot tantosq; uiros conuenisse, ut aliud quererent, quam Ecclesiæ unitatem, præsertim cum hoc ipsum concilium duobus ante concilijs, *Episcopi quādū* postea confirmatum, ut dixi, non a Martino tantum, sed etiam ab episcopis sunt. postea confirmatum, ut dixi, non a Martino tantum, sed etiam ab episcopis sunt. ipso Eugenio Pontifice, quibus turbas postea excitauit. Sed esto, fuerint nonnulli ex tanto numero improbi, fuerint illi ipsi etiam, qui præsuerunt concilio: tentarint aliquid contra Pontificem, quod inconsultum fuerit, quod Ecclesiæ turbarit; an idcirco minus legitimum sit concilium? In iusti, inquis, erant homines & ambitiosi, nec ad tantam rem gerendam idonei. Quid tu reges, etiam si tyranni sint, reges non esse putas? Episcopos, etiam si mali sint, episcopos esse negas? Cur igitur Cayphas Pontifex? Cur Iscariotes apostolus? Multum refert, quo nomine quid facias, qualiscunque sis, qui facis. An non in nomine Christi elecerit demonia, etiam qui de numero Christi non erant? Quomodo autem prophetauit Cayphas? utrum quia Iudei uscian quia Pontifex erat? Quid ita? quia hunc ordinem Deus in Ecclesia esse voluit, nec non malo sacerdoti, non quia malus, sed quia sacerdos est, hanc uim & potestatem contulit. Itaque dixit Pilato: Non haberes potestatem in me, nisi tibi data esset desuper. Et Paulus iussit *1. Pet. 2.*

B iiiij obedi

14 R E S P O N S I O B A R T. L A T O M I

obedire magistratui etiam discolo, quia a Deo esset. Etenim uerax
& iustus est Deus, qui cum iubet nos parere magistratui, quem ipse
dat nobis, quid aliud iubet, nisi ut parendo obtemperemus uoluntati
sue? Quamobrem uere ad Romanos scriptum est: Qui potestat
resistit, Dei ordinationi resistit: nec ulla excusatione, qui aliter facit,
culpa contumacie purgare potest. Quid igitur? iniustus est Deus,
qui malos nobis dat Episcopos? minime uero. Sed ita uisum est ei,
qui sapientia sua gubernat omnia: & saepe ita merentur peccata no-
stra, sicut scriptum est: Dabo tibi regem in furore meo. Et: Ecce ego
fuscitabo pastorem in terra, qui derelicta non uisitabit, dispersum
non queret, contritum non sanabit, &c. Quamobrem quamvis
multos tales retroactis temporibus habuerit, & hodie fortasse habe-
at Ecclesia, tamen quae geruntur ab illis, & in hanc usque diem gesta
sunt, ordine gesta sunt, & rata manere debent. Alioquin nihil certum
& firmum haberet, neque uita haec nostra, neque religio, sed omnium
rum rerum, actionumque humanarum sequeretur infinita perturba-
tio. Habes sententiam meam de Eucharistia, de qua aliter sentire non
dum possum, nec sinit conscientia mea, donec meliora uidero.

D e i n u o c a t i o n e m diuorum, de qua utinam illud uere dice-
s e Diuorum, re possem, ita uiuere nos, ut infirmitatibus nostris subleuandis coles-
stia praesidia necessaria non essent. Non multus ero in hac parte ser-
monis, rem tribus uerbis absoluam. Illud saepe dixi & hodie dico,
iuocationem diuorum a sanctis patribus, nempe Chrysostomo,
Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Gregorio, multisque alijs san-
ctissimis doctissimisque uiris asseri, eamque ante mille & ducentos
annos fuisse in Ecclesia, & inde usque ad nos propagaram esse. His
addo scripturæ autoritatem. Hiere. XV. Si steterint, inquit, Moy-
ses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Et
II. Machab. XV. Iudas dux populi uidet Hieremiam multis retro
annis defunctum uita, orantem pro populo, & ciuitate sancta Hie-
rusalem. Quæ scripturæ meo iudicio ita aperiæ sunt, ut nulla ora
ratione labefactari possint. Quid enim contra dici potest, quod uera &
probabil ratione subsistat? Conantur quidem aduersarij, sed ego
non video, quid proficiant, aut omnino proficere possint, nisi quod
ueret

Rom. 13.

Osee 13.

Zacha. 11.

ueror, ne apud eos haec semel stet sententia, oppugnare quicquid a Rom. Pontifice prosectorum in Ecclesia, quicquid auctoritate eius de religione constitutum sit.

Restat ut de connubij sacerdotum tibi respondeam, de quo illud De cœlibatu affirmare possum, nulla de re minus sollicitum me esse, aut fuisse unz Sacerdotum.

quam, quam de sacerdotum uel cœlibatu uel connubio, modo honeste & caste uiuant, sicut decet Ecclesiæ ministros. Itaque iurare ausim,

null um locum in disputationibus meis rariorem fuisse, quemque lis-

bentius in omni sermone præterierim. Quamquam illud ignorari non potest, Ecclesiæ interdixisse, connubia sacerdotibus, idque de

Ecclesiæ sacerdotibus inter quartus primum Clementis illius fuisse traditur, qui in Pontificatu

Pontifices confirmarunt, addita conciliorum auctoritate, ex quo ad hoc usque tempus sacerdotes & Clerici in uera & catholica Ecclesia

cœlibatum coluerunt. Sed quæris fortasse, quid sentiam de ihesu, qui

contra haec decreta uxores duxerunt. Dico eos commississe contra

Ecclesiæ, & pœnis canonice obnoxios esse. recte ne, an secus, uides

rinti, qui sapientius ista disputant. Mihi certe uidetur errorem Eccle-

siae (si tamen errar illa) serendum esse potius, & quasi iniuriam acci-

piendam, quam ab institutis illius recedendum. Nam si parentibus

debemus honorem hunc, ut etiamsi quid minus iuste ac prudenter

imperent, tamen pareamus eorum uoluntati, & pio obsequio mo-

rem geramus, quanto magis eo animo erga Ecclesiæ esse debe-

mus, quæ genuit nos in Christo, & alimenta salutis nobis quotidie

in uitam æternam suppeditat? Sed negas ultra vires quenquam one-

randum esse. Fateor, si quidem ultra vires. Sed Paulo laboranti re-

sponsum fuit, sufficit tibi gratia mea. Et Christus in Euangelio fru-

stra laudaret Eunuchos, qui se castrarent propter regnum Dei, si ne-

mo eam puritatem assequi posset. Vires nostræ tenues, atque adeo

nullæ sunt, sed adiuuat eas Christus, qui diligit nos, & adest ihesu, qui

agnoscunt suam imbecillitatem, & præsidium eius implorant. Mu-

tis Ethnicos homines pure & caste uixisse legimus. Quid nos, qui

Christo iniciati sumus, an moliores erimus? ubi igitur crux illa

Christi initatrix? ubi carnis mortificatio? mundi contemptus? an

Ferendi Eccl.
errores, nō ab
eius institutis
recedendum.

2. Cor. 12.

Math. 19.

Cœlibatus nō
omnino supra
vires.

uerbo

uerbo tantum prædicantur ista, nec re præstanta sunt? Audi Christum monetem: Qui non tollit crucem suam, inquit, & sequitur me, non potest meus esse discipulus. Et alio in loco: Regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Quam uim putas intelligi, nisi si quæ adfertur carni atque libidini? Itaque si secundum carnem uiximus, moriemur. Sin spiritu uim carnis mortificauerimus, uiuemus. At concedis ista, opinor, illud tamen reprehendis, cum quisque proprium donum habeat, ut inquit Paulus, connubij ius ademptum esse sacerdotibus, qui omnes fortasse continere non possunt. Quid est sacerdotem quisquam fieri coegerit? Sciebas quæ lex esset posita huic ordiní, quæ uitæ conditio: cur te ad cœlibatu[m] adstrinxisti? Imprudentes feci, inquis. Da igitur poenas imprudentiae tuæ, & pugna, quo ad uiues contra libidinem. Laborabis cum Paulo, cum alijs multis p[ro]p[ri]is & sanctis hominibus, sed & uiences cū eisdē, & iuuabit te Chrūs. Fidelis enim est Deus, qui non patietur te tentari ultra id, quod potes. Quod si dubitas de cœlesti præsidio, iam proditor es tui ipsius, & non humana modo, sed & cœlestia arma proiecis, indignus Dei auxilio, de cuius desperasti misericordia, & cuius bonitati te credere noluisti. Sed quid opusest, inquis, uenire in hanc necessitatem, & ipsi qui liberi sunt laqueū iniici, cū prima Ecclesia & Paulus permittant connubia sacerdotibus? De prima Ecclesia nescio, nisi quod appetet ex veteribus patrum decretis, ex maritis aliquando sacerdotes fieri licuisse, opinor propter ordinis infrequentiam. nunquā autem permisum fuisse, præsertim in occidentali Ecclesia, ut sacerdotes uxores ducerent. Paulus certe, et si dicit melius esse nubere, q[uod] ubi, tamen non tam uidetur permettere connubia fidelibus, quam cœlibatum suadere. Eatenu[m] enim probat connubium, ut tantummodo dicat non peccare eum, qui nubat: cœlibatum autem & suadet Corinthijs, & ita commendat, ut suo exemplo omnes cœlibes esse uelit. Bonum est, inquit, homini mulierem non tangere. Et: Volo uos omnes esse, sicut meipsum. Dico autem non nuptis, sed uiduis: Bonum est illis, si sie permanserint, sicut & ego. Et in fine eiusdem capituli: Cui uult mulier nubat, beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium. Sed & cauillas interim addit, cur ista existimet. Volo uos, inquit,

In prim. Ec-
clesia ex mari-
tis Sacerdotes
siebant.

1. Cor. 7.

quit, sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, solicitus est eorum, quæ domini sunt, quomodo placeat Deo: qui autem cum uxore est, solicitus est eorum, quæ mundi sunt, quomodo placeat uxori, & a domino diuisus est. Itaque ad Timotheum digamos arcet a misericordia Ecclesiæ, tanquam indignos. Oporteret, inquit, Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, ornatum, pus dicum. Et post in V. cap. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor, in operibus bonis testimonium habens. Et causam mox exprimit: Viduas, inquit, adolescentiores debita. Cum enim luxuriantur in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Vides his uestibis Bucere, quid uelit Paulus, quanto studio commenderet coelibatum omnibus, quanta cunctatione nuptias non nisi infirmis concedat. Quid ergo: num infirmi sunt omnes Euangelici? assertos res religionis, uindices Ecclesiæ, ueteris disciplinæ instauratores? No lo iudicare quenquam, sua cuiusque iudex esto conscientia: tamen impudens sim Bucere, neque ignoscas mihi, si mentiar: ut quisque sacerdotes et se dedit Euangelio, & in uestrum ordinem cooptatus est (ministros ministri agniti Euangelio) etiam ante inculpate uixerat, tamen to Euangelio matrimonio continuo quasi crimen sit coelibatus, implicat se matrimonio, non libidine, ut ego opinor, sed ut multi interpretantur, quasi odio quo dam ueteris Ecclesiæ: ne si maneat in priori instituto, non uiuat quis approbare uideatur. Quæ est ista dissidēdi libido? Ago libere tecum Bucere pro natura ingenij mei, humanitate fretus atque etiam æquitate tua. Pessima est hæc mens uestra, si hoc facitis, plena odii, plena malevolentiae. Si quid uitij est in Ecclesia, tollatur per uos, fauebis Errores puri gandi non omnia Ecclesiæ decretæ & ratiæ deiiciendi.

mus virtuti uestræ, arque etiam fortes doctosque viros prædicabis, Quod si ea tentare pergitis, quæ pia & utilia iudicavit antiquus Ecclesia constituit, consensus orbis Christiani per tot secula comprobauit, uidete ne rem arduam magis, quam speciosam moliamini, Ecclesia felices operum in hac uita, uotorumque compotes, tamen iudicis um illius siue dubio expectabitis, qui liberabit aliquando Ecclesiæ

C am suam

am suam a diuturna iactatione, & fraudem eorum, qui non optima fide in ea uersati sunt, æterno supplicio vindicabit. Fateor multa esse in religione, quæ emendationem defuderant: uosque in hoc laudo, quod multa fortiter reprehenditis, demonstratis uita, doctrinam puram, & mores incorruptos a clero exigitis. Num etiā eo usq[ue] pro gredierinti, ut eripiatis nobis sacramenta salutis? turbetis ordinē Ecclesiæ? disciplinam ueterum supplantetis? uos solos faciatis iudices? omnem omnium temporum autoritatem conuellatis? Quid men-
Acerba crimi-
natio in restau-
ratores Euāg.
Omnia in pe-
ius mutata.

tior in his Bucere. An non tota iam pridem infelix per uos, & multis modis afflita, testis est Germania? Vt in am falsa sint, quæ dico, quæ iam diu pertulit Ecclesia, quæ negari non possunt, quæ omniū tem- porum annalibus, crede mihi, apud posteros impressa erunt. Quid enim horum negari potest? quæ, si eloquentissimus sit, qui cons tendere uelit, tamen non satis conqueri pro dignitate, non satis cala ritas, religio oppressa est, mos maiorum sublatus, nulla pietas, nul- lus metus, nullus pudor tenet homines. Fertur equis auriga, neque audit currushabenas. Et tamen in his malis tantis finem nullum in- uenire possumus, nisi arbitrio uestro permittantur omnia. Diripiuitis Ecclesiæ, monasteria excidistis, rapuistis bona, expulisti monas chos, uirgines polluistis, nunc etiā iudicia tollere conamini, ne quid sit in tanta atrocitate, quod metuendum uobis sit, quod cursum au- daciae uestræ retardare possit. O mores Euangelicos. O tempora infelia Germaniæ. Hunc cine fructum parit nobis Euangelijs instau ratio? Siccine medemur Ecclesiæ uulneribus? Hiscene moribus reg num Christi propagamus? Obsecro te Bucere, ut æquo animo fer ras contentionem meam, non possum temperare mihi, ardeo & do- leo, quoties prospicio instantem ruinam Germaniæ, quoties hanc temporum calamitatem in animum reuoco. Sed negas, scio, quæ conferuntur in uos, & hæc omnia convertis in aduersarios, quasi horum culpa. Deus iratus sit nobis, & poenas corruptæ religionis exigat. Hos enim sustulisse Euangeliū de Ecclesia conquerimini, hos adulterasse sacramenta fidei, hos idolatriam prouero cultu in- troduxisse, Quid potest ne aliquando dijudicari hæc quæstio? Ego tanquam

tantum mihi non sumo, nec sumpsi unquam, tametsi de his rebus
 dispuo; nec uos ullius hominis autoritatem recipitis. Quis igitur
 iudex erit in tanta contiouersia? nam plane necesse est aliquem fore,
 ne perpetua seditione iactetur Ecclesia. Quis erit igitur? quis designa-
 bit authores tantę importunitatis? Scriptura, inquis, que falli non De scripturę
 potest. Rechte ait, & placet iudex. Scriptura uerax est, nec mentiri posse ^{authoritate}.
 test, quę spiritu oris dei dictata est, hanc iudicem esse oportet in omni
 cauſa ecclesiastica, ad cuius ueritatem tāquam ad certissimam regu-
 lam omnis doctrina de religione exigenda est. Itaque hanc merito
 uos amplectimini, & in ea sedem figitis doctrinę uestrę. Sed illud abs ^{interpretatio-}
 te peto ut mihi respondeas, sicubi obscura, aut ambigua scriptura est ^{scripturarum}
 id quod saepe usu uenit, & testatur Petrus de Paulinis epistolis, resque penes quem es
 ipsa nedum Patrum authoritas fateri cogit, quo uenimus interprete? ^{se debeat.}
 Ipsa scriptura, inquis, que sui ipsius interpres erit, fateor hanc optimā
 interpretēre fore sicubi clara & confessa est. At saepe evenit, ut ne is
 quidem locus, qui alteri declarando adhibetur, confessus sit, sed in di-
 uersas trahatur sententias, ut cum de confessione priuata citatur illud
 Iacobi, Confitemini alterutrum peccata uestra, aliud Lutherus, aliud ^{Iacob. 5.}
 Roffensis interpretatur. Item cum de oblatione sacrificii in missa, ciz, ^{Melach. 1.}
 tatur illud Malachig, Ab ortu solis usque ad occasum magnum est
 nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur
 nomini meo oblatio munda: aliud Bucerus, aliud Eccius, in uerbo
 oblationis accipit. Quis igitur hic litem diffinet? Quam sequemur
 scripturę sententiam que in questionem ipsa uocatur? Deinde per ^{Multa in Ecl.}
 multa sunt in ecclesia, de quibus nihil statuit scriptura canonica, ut recepta que
 de Baptismo hereticorum, de Baptizandis pueris, de Purgatorio, de scripturarum
 multis aliis magnis & necessariis rebus. In his igitur quem habebis ^{authoritate} no*nō* ^{no} *confant*.
 mus iudicem? Cuius authoritatem si querimur? Hic heres opinor: si
 enim scripturā nominas, uides quibus claudare angustijs, si ab ea re-
 cedis metuis in parenti capo plaga. Quo te uertes igitur? Nōne co-
 geristandem fateri ecclesiam, quae authoritate secundis scripturam
 proxima est, interpretēre quoque eiusdem esse, sicubi dubia illa ob-
 scuraue est: si autem oraculo eius aliquid expressum definitumque
 non est, in eo quoque ecclesiæ iudicium non minus quam illius uas

C n̄ lere

1. Timb. 1. Iere oportere? Quid enim aliud dici potest? An ignoras Paulum
illud, quo Ecclesia columna & firmamentum veritatis appellatur tan-
uero Christi promissum, qui discelsurus a discipulis promisit eis se
Ioan. 14. spiritum sanctum missurum esse, qui diceret ecclesiam? Hæc locus
tus sum uobis, inquit, apud uos manens, paradetus autem spiritus
sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia,
& suggeret uobis quæcumque dixi uobis. & paulo post (notus est e-
nim locus) Cum uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem
ueritatem. Quid clarius dici potuit? An non seruauit fidem promis-
sor? Certe spiritum suum misit, non solum discipulis breui post tem-
pore, sed etiam quotidie mittit in animos piorum, qui non abundan-
t in sensu suo, nec præsidunt ingenii suis, qui non superbi, arro-
gantes, maleuoli, sedictiosi sunt, sed humiles & mansueti, amantes pa-
cis & unitatis ecclesiæ, & sermonum dei trementes. In his igitur men-
bris, atque adeo in hoc toto corpore, in quo spiritus dei habitat, tu
dubitas cognitionem de religione? iudicium scripturarum disqui-
stionem ueritatis constitueres? quid enim habemus certius? aut quæ

Lutherus ab in tanta difficultate atque in opia consulemus? Ad Lutherum nos re-
Eccl. discēdit. vocassat is discēdit ab ecclesia. Ad sectatores eius? at hi contemnunt
ueterem, nouam ecclesiam sibi condiderunt. Nisi forte hanc uestram
ueterem esse dicitis, nouam illam quam ante octingentos annos ma-
iores nostri tenuerunt. Hoc enim sentio uos conari dicere, tametsi in
terim pudet arrogantiæ. Itaque nec dicere audetis aperte, nec dissim-
ulari.

Ecclesia uera mulare commode potestis. Quid? potest ne sciri tandem ubi & que
uera sit ecclesia? Magnum certamen inter partes esse video, magnam
dismicationem. Ego pro meo captu dicam quod sentio, nec tamen
conabor oculos cornicū configere, sed dicam quod sentio. Ecclesia,
mihi uidetur esse fidelium cōmunion, uacans uerbo dei, & sacramentis
nouæ legis utens. Hæc si uera non est definitio, facile patiar meliore
reddi. Sed ego nec inuenio meliore, neq; hanc ipsam facile reprehē-
di posse puto. Primum enim cōmunionem esse, que tam bonos que
malos complectatur, demonstrat parabola euangelica de area, critis-
co, et palea. Item altera de sagena missa in mare. Porro quod uerbo
dei uacet id maxime proprium est, non solum totius Ecclesiæ, que
uerbo

Matth. 3.

Luc. 1.

Matth. 11.

uerbo dei alitur & ulget, sed etiam singulorum fidelium qui per uer-
 bum dei confirmantur in Ecclesia, & tanquam cibo eius sustentan-
 tur. Sacramēta instituit nobis primum christus, deinde per spiritum
 eius ipsa Ecclesia. Hæc signa certa sunt percipiēdē gratiæ, quæ coeli-
 tus labitur in pectora fidelium, & salutari medicina contra uim peccati
 nos munit. Nihil igitur deesse huic aut redundare video, quo mihi
 non quidem sit uera Ecclesia, quare hanc formam eius amplector,
 & tuo iudicio meliorem reddes. Sed ego huic tantisper acquiescam
 donec meliorem uidero. Hanc igitur Ecclesiam tu usq[ue] hodie nisi in
 confessione fidelium & ordinis ecclesiastici autoritate esse putas?
 Dic igitur ubi sit, si hic sedem non habet? Neque enim alia mihi uides
 tur esse locandi ratio. Moyses Synagogam populi iudicium esse uo-
 luit, & eidem sacerdotes præfecit, qui non tantum de lege, sed etiam Exod. 13.
 de prophanicis caussis cognosceret. An peiore loco erit Ecclesia? Ille Deut. 16. 17.
 temporarius legislator, cum in umbra uersaretur, & typum ador-
 narer futuro Euangeliō, tamen prospexit suis, ne laborarent ab intel-
 lectu scripturæ, & sensum legis datæ amitterent. Christus Dei filius
 qui lucem ueritati mundo intulit, qui non legem nobis caducam,
 sed diuinam ac mysterijs plenam tradidit, nullos uoluit in terris esse
 iudices, nullos interpres earum rerum quas in contentionem uen-
 turas esse videbat. Sed fateris opinor ista, & in communione fidelis
 um locas Ecclesiam, uerum quænam, & ubi sit illa communio res-
 quiris. Est enim hominum uiuentium in terris qui Christo militant.
 Hanc mouere Lutherus suis sedibus, & Romano Pontifici extorque-
 re conatur: contra Pontifex pugnat pro focis & aris, & quamuis in-
 gens certamen sustineat, tamen fretus malorum autoritate fortissi-
 me se defendit. Quid igitur quem sequemur ducem? utri gubernata
 culum Ecclesiæ, arcem religionis, spem salutis nostræ committes
 mus? Fuit certa quondam in Apostolis & patribus Ecclesia, potest
 ne inueniri eiusdem successio eut siue in bonos, siue in malos propa-
 gata sit, existat tamē uera eius soboles & adhuc germana posteritas
 agnoscatur? Audi quid in mentem mihi uenerit. Ostrifust apud Matth. 14.
 Matthæum sub imagine ouilis de Ecclesia, & de pastore eius loqui
 C in ture.

Lutherus &
Pont. de Eccl.
contendunt.

tur, & tandem addit, unum ouile unumque pastorem futurum esse,
item alio loco dicit. Ecce ego uobis sum omnibus diebus usque
ad consummationem seculi: significans Ecclesiam sua præsentia
incolarem fore, & nunquam defecturam esse. Quæ si uera sunt, aut
igitur mansit in hanc usque diem una & indiuidua Ecclesia, aut scissa
aliquando & diuisa fuit. Atqui diuisa non fuit, cum una esset, alioz
qui non una iam, sed plures fuissent. Mansit igitur indiuidua. Ac ubi
mansit nisi in Appstolis primum? Qui eam ut studiosissime ita felia
cissime coluerunt. Ab his porro quis accepit? Heblion opinor, aut
Valentinianus, aut Marcion. Minime uero. Quis igitur? Nonne qui
Apostolicam doctrinam fecuti sunt, qui in eadem persistentes, unita
tem religionis, & sacramentorum usum in hanc usque diem perpe
tua successione tenuerunt? Nam ut quisque secessit a communione
Patrum omni tempore, ita pro haeretico habitus est, & de illorū sen
tentia ab Ecclesia segregatus fuit. Etenim in Ecclesia esse qui potest
qui scindit Ecclesiam? Cur igitur Nouatus, cur Arrius, cur Mani
cheus fuit extra Ecclesiam? Nisi forte scindi potest, & tamen una ma
nere. Hic Christus, & illic Christus: an tu eundem Christū esse putas?
Quomodo igitur quisquā cum recessit ab Ecclesia, tamen in eadem
permanet? Vñ pat nomen euangelici se solum Christianum, solū
pium, doctum, sanctum, apostolicum existimat? O cœcitatem misere
ram, O caliginem metuendam. Non scidi, inquis, Ecclesiam: recessi
ab impiis, tyrannidem Pontificiam non ferendam esse duxi. Primū
quis tē iudicem Pontificis, quis fratum tuorum constituit? Deinde
fuerint impii, sacrilegi, scelerati. Hominum sunt ista, non Ecclesia,
non ordinis hierarchici. Cur tu de via deflexisti propter aliena uitia?
Cur te scandalizari passus es? Sed audi Christum respondentem tibi:
Super cathedram Moysi, inquir, sederunt Scribæ & pharisei. Omnia
ergo quæcumque dixerint uobis seruate & facite, secundum opera ue
ro eorum nolite facere. Nunquid non separat doctrinā a uita sacer
dotum? Hanc damnans, illam commendans populo? Deinde an
non iubet parere illis quamvis impii sint, & doctrinam eorum reci
pi? Neque ex parte recipi, sed totam, & sine delectu? Quid ita nisi ut
tollatur inquirendi licentia, & authoritas sacerdotii confirmeur.
omnia

Matth. 23.

*Auctoritas
Sacerdotum
mirabilis.*

omnia, inquit, & quæcunque dixerint uobis facite, quasi nefas sit du-
 bitare de doctrina sacerdotum, & eorum officio dissidere, quos ipse
 in Ecclesia præfectos esse uoluit. Quid enim fiet si spreta, abiectaque
 maiorum authoritate quiuis ingenio suo indulgeat, suumque in
 scriptura sensum sequatur? Exempla sunt ante oculos, nemo de uete
 tribus Ecclesiæ uulneribus dubitet. Quod si in sacris ministerijs or- Ordo fit, &
 do nullus est, nulla prærogativa personarum, nulla authoritas: ubi ordinum di-
 donationes gratiarum cubi manuum impositio? Accipite Spiritum scrimen.
 sanctum, inquit Christus. An irrita fuit ista inspiratio, quæ etiam
 num manet in Ecclesia? Sin autem contulit aliquid accipientibus,
 nihil interesse putas inter sacerdotem & laicum? Id quod aliquando
 negauit Lutherus; nihil inter eum qui præest Ecclesiæ, & eum qui ul-
 timū in ea munus gerit? Sed redeo ad defensionem tuam. Recessisti ab
 impijs, inquis, tyrannidem ferre non potui. Tyrannidem uocas or-
 dinem Ecclesiæ, Pontificiam potestatem? Sed neque hoc satis est: An Pontifex Pon-
 tichi regnum appellas, quasi euangelicum sit coniuncti cauillam a, non est tyran-
 gere, & maledicere si nō principi ecclesiastico, certe episcopo qui præ nis, non regnū
 sedit consensu orbis terrarum tot seculis in Ecclesia, cui honorē de- Antichristi.
 terre si dedignaris, parcere saltem, & a contumelijs lingua contine-
 re deberes. Ab impijs recessisti, a quibus obsecro? An omnes im-
 pij sunt qui hoc seculo nostro, aut iam inde a quingentis annis
 uixerunt in Ecclesia? Dura & improba uox est, si omnes intelligis.
 Sin aliquos, aut certe plures, tu uideris, qui, cum ipse peccator sis,
 alios iudicas. Sed ut donemus tibi hoc, quod Lutherus magna
 intemperantia, & plusquam tragica infectione populo ingerit,
 Papam Antichristum esse, Sacerdotes, Monachos, Nonnas, Pas- Non licet sen-
 pisticas creaturem esse: potest ne subsistere uestra defensio, quia cessionē facere
 impius sit Pontifex, impius Clericorum cōtus: idcirco licuisse cessione.
 uobis secessionem facere? dixi modo, hominum ista, non Ecclesiæ propter impi-
 uitia esse. Quid igitur? a malis hominibus secessisti. At Christus os Pont. Clerum.
 iussit zizania cum tritico usque ad messem crescere, ut tum de- Matth. v.
 nique malam herbam a bona fruge segregaret. Fugisti tyrannidem cam
 scilicet (nam hoc quoque dicitis) & uos in libertatem Euangeli-

cam asseruistis. Quænam est ista tyrannis: monachatus opinor, pri
matus Pontificis, diuorum inuocatio, cœlibatus sacerdotum, sine
calice communio, missa pro defunctis, & id genus alia, quæ supra
mille annos fuerunt in Ecclesia, introducta a sanctis patribus, et nūc
tanto tempore confirmata, ut in hanc usque diem in eadem immo
ta permanerint. Quid uos ne ea ferre grauamini, quæ non dico tue
lere tot Proceres, tot Heroes, tot lumina religionis, sed introducere
in Ecclesiam, & cœlesti sapientia, diuina autoritate ad salutem mul
torum constituere? At qui uiri? doctrina excellentes, sapientia clat
ri, pietate conspicui, sanctitate uerendi, quoru[m] nonnulli non dubitas
uerunt pro Euangeli[u]m ueritate, & pro Christi nomine saginu[m] sue
um profundere. Horum ne pietatem uos, horum doctrinam, horum
authoritatem contemnere audetis? Perfricca frontem Lutheru[m], & dic
te uidisse aliquid in diuinis scripturis, quod isti non uiderint, aliquid
existimasse ad uerum cultum, ad structum Euangeliu[m], ad disciplinam
Christianam pertinere, quod isti non iudicauerint. Homines fuisse
ais, & tu quis es? nisi forte non homo, sed Deus quispiam genuit?
Nullius hominis quantumvis docti & sancti authoritatem recipis:
ita scribis enim, & negas te ulli, nisi scriptura crediturum esse. quid
tibi ipsi credis? an etiam tuam ipsius doctrinam, quia humana est, su
spectam habes? O cæcitatem. O inconstâtiam risu dignam. nulli ho
minum credit Lutheru[m], & tamen suam ipsius sententia amat, pro
Euangelio haber. Sed quæro ex te, in diuinis scripturis, cui credis?
Ais enim te soli scripture credere; si obscura, si ambigua scriptura est,
quod tu negas, fatentur omnes qui sana mente sunt: cui nam credis?
hoc est corpus meum dixit Christus. hic tu aliud, aliud Oecolampa
dius interpretatur. & tu es Petrus & super hanc petram, aliud in pe
tra tu, aliud faber accipit. hic ergo plana scriptura non est, uel certe
in diuersos sensus trahitur. quem sequemur igitur? Cui in huiusmo
di difficultatibus credemus? Sed redeo ad te Bucere, quem æquio
rem esse existimo. scribis in epistola tua, me authoritat[i] hominu[m]
nimium tribuere. Item alio in loco, me in disputationib[us] meis au
thoritatem, ordinem, & disciplinam Ecclesiæ singulariter urgere.
Vt or enī verbistuis. Quid? Leuia hæc arma putas contra hostes

Collatio veterum & neutri corum.

Scripturam ambiguam dicit et obsecram.

Math. 18.

Ecclesiæ

Ecclesiæ? Ego alia non habeo, tu si meliora nosti profer, utar tecum,
& quo marre in certamen descendam. Sed neque habes alia, neque
bis ipsis carere potes, quamvis dissimulare coneris. Cur enim nos
men Augustini, Ambrosii, Chrysostomi, Cypriani, torties auditur in Patres allegat
defensionibus tuis? An quia non plus credendum illis quam tibi pu Bucerus.
tas? Cur alleges igitur? Cur sanctos Patres uocas? O miram conscientia uim. Frustra celatur uerbis quod re ipsa dissimulari nō potest.
Sed delectum agis, opinor, nam hoc omnes dicitis. Itaque Philipz
pus in libello quodā dum agit censuram Patrum, alios in hoc, alios Philippus Pa
in illo lapsos esse dicit, nec quemquam a mille & trecentis annis, tam trum censorē
bonum ciuem habuit Ecclesia, quem integrum & sine nota dimittat. egit.
Sed tamen delectum agit Bucerus, & quæ commoda sunt ei excerpta
de Patrum scriptis, quæ contra eum faciunt reticet, ut aiunt, aut non
optima fide promit. Ita ne uero? tu excerptis quod commodum
tibi est ex orthodoxorum Patrum librīs, & quod contra est reiçis,
cum neges interim nullius hominis autoritatem recipiendam esse.
Quæ est ista uarietas? Aut utere mecum armis omnibus, aut omnis
bus abstine. Non est delectus iste quem tu putas, sed dolus. Tu enim
cum in harenam descenderis ut certis armis mecum dimicem, simus
les quidem hoc agere te, sed fallas pugnam, & præstigias populo fa
cias? Quid enim aliud agis? non credis Patribus, & tamen uteris illo
rum sententias contra me. Quid hoc est aliud, quam si dicas, Scrips
tura clamat contra papistas & eosdem condemnant orthodoxi Paz
tres. Quid igitur restat, nisi ut euertamus regnum Antichristi, & rui
na eius nos in libertatem adseramus? Mentiō hic Bucere? An hoc
non est consilium artis uestris? Non in concionibus tantū, sed etiam
in libellis uestris crebro iactatis sanctorum Patrum sententias. Quid
ita? Nisi ut non tam dissentire ab illis, quam ipsorum autoritate
aduersarios iugulare uideamini. Sed mitto artificium, ad rem redes
amus. Non credis Patribus? Nec ego tibi credo. Qui enim coges
me? Deinde quid cauſæ est cur plus credā in te iudicij, plus doctrinæ Non magis
plus ueritatis esse, quam nō dico in aliquo Patrum, sed in Fabro, credēdū Buce
Eccio, Erasmo? Num iniuriam facio si te illis non antepono? Ignos, ro quā Eccio.
ets nihil Bucere, nihil contumeliose dico, Sciunt multi quibus nos Erasmo etc.

D minibus

26 R E S P O N S I O B A R T. L A T O M I

minibus res sepe prædicauerim. Sed tamen si collatio facienda est, ut
 est necesse in hac cauſſa, si uerum quærendum, quid dicam aliud nisi
 quod dici conuenit, & quod res ipsa postulat? Tu non credis Patri
 bus, ego tibi non credo. Lutherus Augustinum non recipit, nullum
Patribus Pon
tifex Roma-
nus summus. hominē recipit. Ego Lutherum recipiam. Augustinus, Ambrosius,
 Hieronimus, cathedralm Ecclesiæ Romæ collocant, summum faci
 unt Romanum pontificem, maiorum autoritatem, consensum lon
 gissimi temporis allegant. Quid contra hæc Lutherus pugnat acri
 diluit que obſtare uidentur, mutat, torquet, flectit qua potest, & in az
 lium ſenſum diuertit. Quem igitur? Quem ſequi me iubes? Attende
 Bucere, & cogita diligenter quid reſpondeas. Bonum te uirum nul
 ti prædicant, amantem ueri, amantem pacis & concordiaꝝ. Et ego ui
 deor mihi in te perspexisse quandam ingenij rectitudinem. Quod ſi
 pro singulari prudentia & doctrina tua uerum, ut iudicas, ita fateti
 uolueris, Quid dices obſcro? Lutherum ne antepones tot hominum
 tot ſeculorum authoritat̄ & aliquid ei in mentem uenire potuisse
 putabis, quod tantorum temporum intervallo tot doctiſſ, ſapienſſ
 ſimilisque uiris, tot Ecclesiæ orbisque terrarū luminib⁹, non uenerit?
 Quid tantis temporibus errauerit Ecclesia & uerum Euangeliū
 Christi, uerum cultum ignorauerit? & ſponsa Christi hæſerit tamdiu
 in adulterij amplexibus? Vbi eſt ergo ſponsi fides? Vbi indiuidea
 coniunctio? Sponsa mea, inquit, columba mea, dilecta mea. Vbi
 promiſſiones illæ? Non relinquam uos orphanoſ, ueniā ad uos, mit
 tam uobis ſpirituſ ueritatis, & omnibus diebus uisque ad consum
 mationem ſeculi uobis cum ſum. Mendax ne Sponsus? Falsa Christi
 promiſſio? Audi quid dicam Bucere, nihil enim diſſimulo. Si in tanta
 caligine, quantam uos dicitis, orbis christianus tanto temporum in
 teruallo oppreſſus facuit, si non Christi ſed Antichristi regnum apud
 eos qui nomen Christo dederunt tanto tempore ualuit, etque apud
 ſe omnino hæc nunc uertere omnia quæ ſupra mille annos in uſu fu
 erunt, nouamque doctrinam recipi, alienam ab ea quam sancti Pa
 tres, quam Ecclesiæ authoritas tradidit: non patiar me falli diutius,
 nec uano Euangeliū nomine decipi, ſed ficta falſaque omnia que de
 religio

Cantic. 2. 5.

Ioan. 14.

religione prodita sunt, nomenq; Ecclesiae uanum, commentitium, Epilogus,
 atque inane putabo. H abes quid sentiam de his que ad me retulisti,
 nec minus interim de Philippi libello, ad quem singulatim respons
 dere operē premium uisum non est. Diserte enim ille, ut Philippi om̄
 nia, sed tamen ex dogmate magistri sui scriptus est. Nunc illud abs te
 peto, ut mihi ignoscas, si liberior in hac disputatione uehemētiorc;,
 fui. Non est enim factum odio tui, sed quod me longius quam uel
 lem euexit, tum indignitas rerum, quae mihi in hac caussa uisē sunt,
 tum seruor quida in ingenij mei, qui in ipso cursu scribendi extulit
 me, nec passus est, sicut institueram temperare mihi. Deinde illud eris
 am oro, ne me putas ullo tempore in hac opinione non suisse. Erras
 enim si id existimas, me unquam maiorum autoritate posthabita
 Lutheri doctrinam approbare uoluisse, quam suspectam, & popu
 larem semper habui. Illud saepe ex me auditum est, prolapsam esse
 Ecclesiae disciplinam, mores corruptos, uitam procerum & ministro
 rum ordinis ecclesiastici luxu, auaritia, ambitione, inquinatam esse.
 Doctrinam partim negligi, partim sordide & impure tractari: ex
 quo factum sit ut concionatores indocti, absurdī, inepti, habeantur
 in Ecclesiis. Illud etiam saepe conquestus sum, negligi curam animas
 rum, & parochias deseriri, certari de ociosis beneficijs: & calumniosas
 rum litiū, turpiumque nundinationum in querendis sacerdotijs finē
 nullum esse. Itaque ex his malis grauiora iam pridem secuta esse; dis
 sidium pene barbaricum in Ecclesia, religionem corruptam, ignoran
 tionem uerbi Euangelici, abiectionem ueterum disciplinam, animos
 dissolutos, uitam impiam, contemptum Dei, contemptum magistra
 tuum, odium sacerdotum, & ut semel dicam, tantam uitiorum scele
 rumque molem, quantam uix hodie sustinere possumus. In his fas
 teor dolorem meum saepe animaduersum esse, uocem saepe exau
 ditā, que utinā falsa suisset semper, ac ne nunc qdē uera inueniretur.
 Facile & equo animo paterer me leuitatis argui. Nihil igitur mutas
 tus sum ut tu mihi exprobrare conaris, & si essem nihil me puderet
 mutari consilij: sed muratus non sum, idem sum qui fui semper in Ger
 mania, in Gallia, in Italia, ac de sententia mea ne tantillum quidem
 deflexi. Quod si ignoras quare ex Iohanne Sturmio quem amiciss.

Ecclesiae cala
mitatem agno
scit.

Iohannes Stur
mus rector
Gymnasij Ara
gentinensis.

D ij in Gal

Iohannes Slei in Gallia & fratri loco habui, quære ex Iohanne Sleidano quem pater
rit Lureti & amicum singularem, & familiarissimum habui. Quæ
re ex alijs multis doctis mihiique coniunctissimis hominibus, qui par
tim adhuc uiuent in Gallia, partim iam inde discesserunt. Sed quid
opus est singulorum hominum testimonij, publice docui per nouë
annos in Gymnasio Parisiensi, multos studiosos & attentos audiz
tores ex diuersis nationibus habui: dicat et refellat mendacium meum,
quisquis unquam uerbum ex me audiuit quod Lutheri doctrinam
oluerit. Theologi Parisienses diligenter inquirent solebant in eos
qui de Lutheranismo suspecterant, & presertim in Germanos omnes, de me autem quid senserint, quid saepè locuti sint, ex alijs te au
dire, quam ex epistola mea cognoscere malo. Sed nunc finem facio,
longius enim quam institueram procurrit epistola. Si quid recri
bere ad me uoles, & respondere his (quod te facturum esse video)
quæ a me necessario, sed candide et ingenua libertate scripta sunt, po
teris id facere arbitratu tuo, me enim non offendes, modo intra fines
disputationis constiteris, nec dissimulaueris ea, quæ hic quoque in me
am partē, si nō tanto applausu & felicitate ad populū, libere tamen
& incorrupto animo scripta sunt. Quamq̄ illud non ignoras, me
ciuilibus negotijs implicitum esse, nec uacare ijs studijs, quæ otiosum
hominem & Theologum requirunt. Quamobrem parces mihi, &
imputabis occupationibus meis si te non sequar longius. Quod si
delectaris hoc generi dimicationis, & neruosiſtis ista quam a metens
tatum est, disputari desideras, inuenies alios magis ido
neos ad hoc certamen, me que imparem tibi, & in
alio campo uersantem pro tua equita
te atque prudentia missum
facies. Vale. Cōflus
entie. XII. Iulij

8543.

Responſo



RESPONSI O M A R,

tini Buceri prior ad Bartholo-

mæum Latomum.

Salutem Dicit.

Epistolam tuam ad me scriptam pridem legi, & uicem tuam do-
leo, quod de religione Christi Dei, seruatoris & iudicis nostri
disputans, non omnia maiore religione expenderis. Damnas nos
ualde seuere, & autoritate plane censoria, insolentis nequitiae, & non
serenda superbiæ atque rebellionis, quam admittere nos dicis con-
tra Ecclesiæ, & Imperij potestatem. In tuis interim quid non dissimu-
las! Extremâ uitæ spuriæ, infinitâ simoniæ rabie, deuastatione Ec-
clesiarū irreparabilē, idolatrias innumeræ, & ægyptijs prope im-
maniores. Nos certe quales quales sumus, intra sanctitatē tñ cōnubij
nos cōtinemus. Stipendijs nostris, & ihs quidē, si cū uestris conferatur,
parec cōtēti, laboramus in uerbo & doctrina, docemus Chrūm sim-
pliciter, & (quod ei debemus acceptū) in nullo flagitio, uel scelere hæ-
remus. Ciuitates nostræ peccant adhuc multū, nec dum ea religione
qua oportebat disciplinam dignam Rebus pub. Christianis, restituie-
runt: tibi tamen uifæ sunt æquo seueriorem disciplinam sectari.
Opto tibi Latome omnia prospera: moneo igitur, ne te hostem
populo Dei, & seruis Christi, constituas. Respondi magna ex parte
tuæ Epistole, & communibz eorum criminationibus, qui ut stas-
tum suum, & splendorem nitentem sacrilegijs tueantur, Scripturam
Dei & universam Christi religionem conantur extinguere. Verum
alia negotia non permiserunt responsonem eam absoluere. Sed bre-
ui, ut spero, dabitur tantū otii, ut eam absoluā, & ædam: Si id tibi
placeat, ædam quoqz tuam ad me Epistolam, & responsoni meæ
præmittam, & si ualde sit eam prægrauatura pondere facundiæ: sin
minus, ut anteas scripti, tibi tua ædenda relinquam, & responsonem
meam, tuo nomine suppresso emittam: qua de re sententiam tuam
huic cūmuni amico nostro, uel in aperias. Et cogites oro, te mortas-
lem esse, nec tam longe a tempore mortis abesse, recole quam mul-

D ij tum,

30 R E S P O N S I O M A R T. B U C E R I
lum, & quamdiu maiestatem Christi seruatoris offenderis; noli infes-
tatione Euangelij tuam aduentantem senectutem nobilitare. Tho-
logia uera, ius Ecclesiae, religio sacri ministerij, ex Euange-
licis & Paulinis literis discenda sunt. Vale & Dos-
minum Iesum solum ac unum, non etiam
ullum hominem credas habere om-
nem potestatem in celo & in
terra. Bonnæ xxij. Au-
gusti. Anno
M. D. XLIII;

Mart. Bucerus tibi ex animo
bene cupiens.

RESPON

RESPONSI^O ALTERA ET SOLIDA.

MARTINI BUCERI AD

D. Bartholomaeum Latomum

LL. Doctorem

S. D.



CCEPI ANTE ALIQUOT
dies responceionem tuam acerbā fane, & dissimilem ei epistolæ, quam ego ad te lenibus uerbis, & amico animo scripsi. Cūq; epistola istam tuam acciperem, nihil erat ad rescire bendum otij, nec nūc satis est. Dubitauit quoque, an ad gloriam Christi interesset, tibi ad istas tuas tam graues criminationes quicquā describere. Nihil enim atrocissimorum criminum prætermisisti, quod in me & meos nō conieceris. His oppugnare instituisti magnis conatibus, ea quæ summo tueri studio, & pro uiribus tueri elabores, si Euangelium Domini nostri Iesu Christi uelles defendere. Sed siue te ad istud conuiciandi & criminandi studium ipse inflammaris; siue incenderint alijs, qui ex præsente doctrinæ contaminatio ne, & disciplinæ Christianæ ruina, suas se confidunt sustentare dignates, opes, delitias: ita profecto incitatus uideris contra nos, qui in hac fabefactatione Ecclesiarum, emendatione doctrinæ atq; disciplinæ requirimus: ut periculum sit, ne & te, & illos tuos atrociore adhuc odio aduersus hanc caussam Christi incendat hæc mea refutatio, etiamsi remisse ualde a me & leniter instituatur.

Attamen quoniam audimus nonnullis infirmioribus fucum Quorum gratia, oratione tua fieri: & sunt quædam etiam ab alijs obiecta in hac causa, tia hæc responfa, refellenda: uisum est primum de ijs religionis nostræ controuerzier, sio instituta, quas etiam tu conaris sustinere, tecum disputare: deinde ad crimina, quas etiam tu conaris sustinere, tecum disputare: deinde ad crimina, nationes tuas tibi respondere. Dominus det, ut id ad gloriam suam, in salute electorum suorum illustrandam aliquid adferat. Seo
quar

*Lect. qui hoc
scripto tra-
dieruntur.*

*Quorum Bu-
cerus Latomū
admonuerat.*

Galat. 5.

*Judicium de re-
bus sacris, un-
de petendum.*

quar ergo ordinem tuum: & primum attingam nostrorum temporum in disputando morem, cuius meministi: deinde de sacramento Eucharistiae, sit ne integrum dandū his qui accipiunt: Tum de inuocatione Dñorum: Deinceps de cœlibatu Sacerdotum: inde de auctoritate Ecclesiae, quoniam in ea errare te, & falli video: Postremo depellam criminā tua, arrogantiæ, schismatis, imminutæ maiestatis Ecclesiasticæ, sacrilegiorum. Scriptisti tu eleganter: respondebo ego fideliter. tua oratio ornata: mea uera erit, dicendi commoditate & gratia tibi concedo totum: argumentorum uero fide & grauitate nequaquam, quæ in sacris causis, p̄ijs uiris grata sunt, etiam si in illis desit uerborum concinnitas.

Admonueram itaque te in mea epistola pro charitate, quam prestatre debo omnibus, qui Christiani sunt nominis, & pro amicitia quam tecum Argentorati contraxeram: Primum, ut iudicium tibi de rebus sacris ex nullis alijs, q̄ diuinis literis parares: Deinde, cū legis quæ contra nos edunt aduersarij nostri, ut etiam legeres quæ nos illis respondemus: Adhac, ut probe respiceres ad finem omnium Ecclesiasticorum munerum & actionum, ad incrementum Fidei in Christum uiuæ, illius scilicet, quæ per dilectionem omnia bona opera efficit: Denique perpenderes quam a nobis Dominus poscit nomini & Euangelij sui confessionem. Horum uero non ideo te monere institueram, quod reprehēderē, te disputare de rebus sacris, sed quod optarem tetuo & populi Christiani bono disputare de his rebus, item iudicare & adlēdere, non inconsulto nec temere, hoc est, studio partis: uerum grauiter, & amore Christi, controuersiis probe cognitis & excussis, ac iuxta æternum Dei uerbum, non publicum quantumuis longi temporis errorem: ad ueram Ecclesiæ instauratis onem, non ad tuendas opes, potentiam, & delitias eorum, qui sub nomine Ecclesiae, potestate, & opibus Ecclesiae turpiter abutentes, tot iam seculis Ecclesiam tam horrende uastant: utque in ea re liberâ & constantem adhiberes in omnibus gloriæ Christi confessionem & adseritionem, omni & metu, & fiducia hominū remota. Delatum enim ad me erat ab hominibus certis & idoneis, te tibi sumere iure diuino defendere, inuocando esse Diuos; alterā solum Eucharistiae partem dispensare

dispensandam: & cœlibatum a sacerdotibus requiritur eum. Quod sane nemo audeat, cui haec controuersia recte cognitæ sint, & qui perspectum habeat, quid uerbum Domini de his rebus doceat, aut qui ex animo querat & inuestiget, quid e re sit Ecclesiæ, & gloria Christi.

Ad hæc ita rescribis: eum qui ad me ista detulit, in eo forsitan non mentitur quidem esse, quod dixit, te adserere in uocationem Diuorum: & quod a sacerdotibus cœlibatus exigendus sit; item quod stūdiose defendere soleas, partem unam Sacramenti in Eucharistia dispensari; sed quod ullam diuinum vel humanum etiam iuris facultatem tibi arrogaueris, in hoc sane illam impudenter, quod in mentem uenit, id quocq; dicere nō puduisse. Vitio autem tibi non esse dandum si tota hodie disputante Germania, pessime hoc facientibus multis in doctis & prophaniis, quos a nobis excitatos esse dicis: in primis autem, cū & mulierculæ de summis religionis nostræ mysterijs ubiq;, uidelicet in balneis & conuiuijs multa garriant, tu etiam qui tibi locos communes de his rebus collegaris, disputes de religione: præsertim uero prouocatus, et ubi tua expetatur sententia, captetur opinio, & audiantur multa ab alijs absurdâ, multa indigna. Defendis etiam inter haec, tametsi nemo tibi quidq; de eo obiecit, studium & professionem tuam, quod a Gymnasijs ad Rem publicam te contuleris, nec studio Theologico deditus sis: propreterea quod uariæ sunt, ut in vita hominum, sic & in Ecclesia Dei munera functiones. Addis te sic existimare, si spartam quam elegisti, pro dignitate posses ornare, nō uliores partes, quam si concionator essem in Ecclesia, te sustinere. Itaque defendis tu hoc loco te, quod de controuersijs religionis disputatione soleas, id quod ego nō reprehenderam: & ad ea de quibus te ad non obiectata monueram, uidelicet, quo disputares de his rebus, ut Christiano & respondit, adeo tuo dignum est, nihil respondes. Et quoniam perijsti, ne quid monitionem eorum dissimilem, quæ in tuam partem scripsisti, sententiam tibi me præteritam de his omnibus aperiam. Et ea quidem hæc est.

*Capita Respon
sionis Latoni*

Q V O S D E C E A T C O G N O S C E
re & differere de Religione Christi.

E Dispu-

Cōtrouersie de religiōe ad quemuis Chri stianum perti nent, maxime ad doctos. **D**isputare te de controuersijs religionis, si id ut religionem emē des, & augeas regnum Christi, laudo: id enim cuiuslibet homi Christiani est: te autē hoc magis decet, quod Doctoris titulū habent, etus tandem Archiepiscopi Electoris consiliarius. Nā ex amoris abundantia, quem erga Christum in corde circumferimus, os erimus perein confessionem & laudem eius semper & ubique deber, dum adsunt, qui hanc aliquo cum fructu pietatis audiant. Garriendi de sacris rebus licentiam, et de mysterijs Christi perperam disputādi potentialiam ullo in loco, nec ego, nec quisquam eorum, quos ego inter meos agnosco, excitauius. Impingis igitur hic nobis, quod probare de nobis non poteris.

Todit. 10.

**Vbiq[ue] et sem per d[omi]n[u]m
sacris loqui
vicit.**

Plurimi, fateor, passim nimium irreligiose de dogmatis & institutis Christi, & scribunt, & loquuntur: sed quibus rebus bonis nō abutuntur, nō mali tm, sed etiā imperiti hoīes, quorū plena sunt ônia? uel q̄ recte instituta irreligiosi hoīes non deprauant? Hic autē abusus & depravatio sermonum de rebus sacris imputetur ijs, qui culpā admittunt, Oues Christi nihilominus oportet uocem Christi pastoris sui sequi, alienorum fugere: ita enim dixit dominus Iesus, ergo ut inter utramque uocem diligenter discernant necesse est: ac ideo disputatione debent de uerbis domini, quicunque de grege Christi sunt, cuius cuncte tandem, sexus, ætatis & conditionis: decoro tamen personæ & loci, & temporis ubique obseruato. Quamq[ue] cum laudandus sit, & celebrādus nobis dominus per omnia loca sui dominatus, hoc est per uniuersum terrarum orbem, cumque apud Christianos inter uitia recte numeretur omnis sermo otiosus, & omnis *ιωτηπανδια*, ne balnea quidem nostra & conuiuia Christianis uacare sermonibus, & p[ro]ijs disputationibus oportet.

De studio & professione tua sic sentio. Preclaram sane, & semper necessariam Ecclesiæ Dei bonarum literarum professionem te cum laude sectatum esse fateor. Agnosco & hoc in quo nunc uersarite predicas, munus institutum esse a Deo, & Reipub. Christianę necessarium. Sed tamen Christiani hominis nomen profiteris: Dei beneficio uiuimus, moueris, es, & accipis ab eius gratuita benignitate ingenium, eruditio-

tionem, & dicendi facultatem non uulgarem, ut cætera in te collata
Dei dona non contemnenda taceā, quibus approbare te possis Deo,
& bene mereri de hominibus: adhæc, parta sanguine Christi gratia
patris coelestis, & beata diuinitatis communicatio in baptisme tis-
bi oblata est, & offertur quotidie uerbo ipsius. His profecto de caus-
sis amare Deum debes super omnia, & toto corde, tota anima, cum
etis uiribus: amare etiam legem eius, legē uitæ æternæ, quæ ad salu-
tē in te sempiternam erudire potest, eique maiore quam ulli reihu-
manæ studio incumbere, eam complecti, adserere, & prædicare
debes.

Non est quid em omnium ciuium, posse de singulis questionibus Indignū Chris-
iuris ciuitatis suę respondere, ea enim functio iurisconsultorum est: at si uero nūquā
ignorare leges quibus uiuendum est, & prima eius iuris capita, quo sacras literas
cū ciuibus uti oportet, peregrini, non ciuis est: aut ignauis sane & im- attingere.
probi ciuis. Tam paruum uolumen Sacrorum bibliorum, in quo
continetur sciētia bene beateq; uiuendi, in quo etiā traditur nobis co-
gnitio Dei ueri, & quem nobis misit Filij ipsius, quæ uita æterna est, Ioh. 17.
nemo quamlibet a literarum studijs remotus legere & uersare, si non
quotidie, aliquibus tamen & maxime sacris diebus negliget, qui
modo recte meminerit, quid in baptisme factus sit, quid acceperit.
Excœcari & deplorati Iudei studiose istud faciunt: quis igitur Chris- Iudei studiosi
sto Domino nostro uere credēs, frigidorem se cultore Dei declarat, us scripturas
quam populus hic reiectus & extrema cœcitate percussus? Quanto legunt, quam
igitur indignior est ignoratio diuinæ scripturæ uiro eximie docto, Christiani.
eo loci constituto, sicut ipse tu in eo, quod edidisti scripto non ses-
mel profiteris? Vides, & tibi, quamq; ciuibus negotiis peculiariter
es addictus, sacros libros assidua manu uersandos esse?

Hic te non excusabit eorum blasphemia, cui tu nimis prope in
hoc tuo scripto accedis, qui execranda impietate affirmant: Scripturæ
sic esse ambiguas, obscuras, et perplexas, ut doctrina Christi cer- clara
ta ex illis percipi nō possit. Indocti enim & intemperanter abuentis
otio, aut certe malitiosi, uel fanatici impostoris est, qui professus tra-
dixerunt se legem uiuendi, Deumq; colendi, & legem ad omnes per-
tinentem, si eam adeo scribat ambigue & intricate, ut ne docti quis-
sem

E ij dem.

Scripturæ cla-
re et certe
cent pietatē.

36 Q V O S D E C E A T D I S P V T . D E R E L I G . C H R I S T I
dem, nedum omnes, quos ea lex tenere debeat, certam ex ea sententiam discere queant. Itaque si quis hoc Spiritui sancto bonarū omnium artium largitoris, tribuat, eum nobis edidisse Prophetarum & Apostolorum libros, adeo perplexos & obscuros, ut certa ueramq; doctrinā Euangeliū, nemo possit ex illis eruere, blasphemia certe fuerit illa multo omniū immanissima; Deumq; precor, ut ne in illā incurras. Sed de hoc loco infra dicendum plerius, tibique solidius respondendum est, cum agemus de autoritate Ecclesiæ, quā tu auctoritatī scripture uideris anteponere, nunc ista fatis sint. Interim hoc tibi in Domino plane confirmo, si uelis inducere animum, Sacra ut

*Ratio legendi
sacros libros.* Biblia legas, ea legas religiose, tanquam oracula Dei, rem otis pregiis, dicijs, nō modo Alphonsi tui, qui, ut audio, tibi singulariter arrideret, & aliorum aduersariorum doctrinæ sanctæ; sed & omnium hominum: exclusa etiam omni cupiditate, quæ transuersos agit homines, etiam admodum attentos, & uigilantes: & seposito omni studio comparandæ plurimorum gratiæ, consecuturum te statim in omnibus controversijs religionis, quo præditus es ingenio, sententiam Dei, nullo negotio, & uere iudicaturum. Hæc de primo loco inter nos controuerso.

D E D I M I D I A T I O N E Eucharistiae.

Arg. Lat. 1 **A** Alter locus est, de dispensanda altera solum parte Sacramenti in specie Sacramenti dispensari, quantum sub utraque. Corpus uerum sanguine suo minime destitui. Dominum sacramentum integrum porrexisse Apostolis, sed Sacerdotibus, non laicis. Nec uetus præbere tantu alteram speciem, cū idem ipse fecerit duobus discipulis in die resurrectionis. Licuisse quidem in prima & rudi Ecclesia, ritumque a Christo acceptum religiose tenente, integrum sacramentum præbere omnibus fidelibus: hoc autem consensu multorum temporum antiquatum, et decreto Ecclesiæ in Concilio Bæsilensi abrogatum esse, postquam Ecclesia docta a patribus intellexit utramq;

Luce. 24.

xit utramque speciem conuenire sacerdotibus: & laicos debere ⁵
 contentos esse altera specie: cum ut tolleretur error simplicium, pu-
 tantium a corpore Christi sciunctum esse sanguinem eius, & in duo/
 bus sacramentis diuīsum Christum: tum alijs de caussis nō leuibus,
 quae referuntur a Theologis. Concilij Basiliensis autoritatē anxie ⁶
 tueris, ideo quod receptū postea sit, in hoc maxime decreto, de altera
 tñ specie sacramēti distribuenda: deinde q̄ in eo Episcopi conuene-
 rint, quibus ut Episcopis, ista uis & potestas concessa sit, ut quicquid
 statuerint, id ratum firmumq̄ Christianis haberi & seruari debeat.

Vehementer te commotum in nos fuisse oportuit Latome, cum
 hæc scriberes, ut non animaduerteris quam indignæ tua eruditione
 sint istæ tam protricæ & leues argutiae.

Ad communionem integræ sacramenti urget, & in ea detinet nos Responfio ad
argumentum
quartum.
 merito p̄ceptum Christi, Accipite, manducate, hoc est corpus meum, &
 Accipite, bibite ex eo omnes, &, Facite hoc in meam cōmētationem: Hoc, quod ego nūc facio, & facere uos iubeo. Ecclesia Matth. 26.
 uera Christi, ne Angelum quidē de cœlo audit, qui diuersum a manus Ecclesia nullū
 dabo sponsi sui præcipiat, tantum abest, ut ipsa per se aliud quid usurpat præter
 per aut statuar. Lege quæfso & expende, quæ sanctus martyr Cyprias Christum.
 nus de hoc p̄cepto, Facite hoc, differit. Epistola iii. Lib. ii. Cumq;
 hoc sacramentum Dominus instituerit tam diu celebrandum, dum
 redeat glorioſus ad iudicium, is profecto ritus, quē in eo obseruan-
 dum tradidit, nulla potuit humana, nec negligentia, nec contraria
 constitutione abrogari.

Ecquid oro de Ecclesia Christi sentias, qui scribere tibi permisisti:
 Cum rudis adhuc prima Ecclesia esset, ritum a Christo acceptum re-
 ligioſe tenuit, donec docta a Patribus, intellexit utramque speciem
 conuenire sacerdotibus, laicos solo pane cōtentos esse posse. Agno-
 scis uerba tua. O sanctam & optabilem ruditatem primæ Ecclesiæ,
 quæ traditam a Christo ceremoniam hanc sanctissimam religioſe
 obseruauit: O irreligiosam & infelicem doctrinam, non Patrum, sed Ecclesia pri-
ma non rudis
 peruersorum pædagogorum, qua mutatum est, quod instituit Chris-
 tus. Sed quam, obsecro te, tu audes primæ Ecclesiæ tribuere ruditam, in qua tam potens erat Spiritus ueritatis ille, qui docuit eam fuit,

E iii omnia

Tertullianus. omnia, & suggestit quæ cunctæ Christus tradidit? Tertullianus inquit, libro de præscriptionibbs: Nobis curiositate opus non est, post Christum Iesum, nec inquisitione post Euangelia. Etrursus in eodem libro; Fœlix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt. Hoc ipsum Apostolus Paulus de se ipso testatus est. Act. 20, ad Presbyteros Ephesinos. Quid igitur primæ Ecclesiæ ruditati adiçere potuit sequens doctrina Patrum: atque eorum Patrum, quales posterior illa ætas tulit, cum adeo collapsa disciplina & religio Episcopalis fuit, ut D. Bernardus ante quadragesimos fere annos, grauiter sit questus, eos spoliandis potius, quā ornandis Ecclesiis, perdendis quam custodiendis, exponendis quam defendendis, prostituerendis quam instituendis, mactandis & deuorandis magis pascendis incumbere.

Responso ad quinum arg. Atqui scribis cauſas extitisse nō leues, cur institutū Domini, quod rudis Ecclesia religiose obſeruauit, nō certe Ecclesia iam eruditior, sed turba male consultorum pastorum, irreligiose audatior mutare ausa fuit. Quas uero cauſas mihi Lat-

Cauſae que finguntur multati Sacra-menti. tome? Tu qui uoluisti erudite & prudenter scribere, quam cauſam omnium grauissimam esse putas, eam haud dubie attulisti. Eam uis de qualis sit: Ut tolleretur, inquis, error simplicium, ne putarent a corpore scilicet sanguinem, & in duobus Sacramentis Christum esse diuisum. Atqui hunc errorem aliquando extitisse ubi legisti? Itane fingere uobis cauſas uiolandi Sacramenta sumitis? Verum ut extiterit talis error: nulla ne alia ratione illi occurri potuit, quā multati institutum Christi: Vagantur inter imperitos & hodie uarii atque crassi errores de corpore Christi in Sacramento, eripiemus ne igitur simplicibus eriam hanc Sacramenti partem?

A Theologis, qui maxime laborarunt comminiscendo cauſas huius mutationis, periculum effusionis memoratur: & ut Sacerdotum adseratur dignitas. At uero tempore sanctorum Patrum periculum hoc magis metuendum erat: cum totæ, & longe frequentissimæ Ecclesiæ calicem Domini singulis Dominicis, & festis diebus suis meabant: dignitatis uero sacerdotalis adserendæ quanto amplior circa patres illos tenebat. Verum nec periculum hoc sanctissimos Patres mouit, ut institutum immutarent Domini; adeoque non est illis uisa

S A C R A M E N T O . E V C H A R I S . 39

usa dignitas sacerdotalis adserenda hac sacramenti dimidiatione: ut q
contrarium dilecte docuerint, in his scilicet mysterijs, nihil prorsus
inter sacerdotem & plebem interesse. Nunc non sic, inquit Chrysost. Homilia 13 in
mus, uerum omnibus unum corpus proponitur, & unū poculum. post. ad Cor.

Cum ergo luce meridiana clarius pateat, quid in sacra Coena
Dominus instituerit, & nobis faciendū praeceperit: & cū nullis om̄z Dimidiatio sa
mino uel Patribus, uel concilijs ulla de causa liceat circa sacramenta, cramenti, non
aut ellas alias res quicquam statuere, contra id quod Dominus ipse potest adscri-
& A postoli aperte definierunt, quod & concilia & Pontifices ipsi fa- bi Ecclesiae
tentur: certo sequitur & ista Sacramenti mutilationē, quam defendis, Christi.
non posse tribui Ecclesiae Christi, nec eos, qui uel inuixerunt illā, aut 15. q. i.
defenderūt, repræsentasse Ecclesiā Christi. Nec enim sine grandi illa
sacrilegio admitti potest, ut Papa Gelasius recte, pñūcia uithis uerbis.

Comperimus autem, quod quidam sumpta tantūmodo cor, De consecrat.
poris sacri portione, a calice sacrati crux abstineant: qui procul dist. 2. Com-
dubio (quoniā nescio qua superstitione docentur astringi) aut intē perimus.
gra sacramēta percipiāt, aut ab integris arceāt, quia diuīsio unius Sacrilegium
eiusdemque mysterij, sine grandi sacrilegio, non potest peruenire. est dimidiatio

Quare quoconque in numero Concilia Constantiense, & Basiz Sacramenti,
liense habere uelis, tamen quoniā qui in his consilijs conuenerunt,
& iudicarunt, istud grande sacrilegium sacramenti dimidiati defens
derunt, & dispensationem Sacramenti mandatam a Domino dam-
narunt, constat hæc duo Concilia hacin re minime ex Spíitu san-
cto iudicasse. Nec nouum est, Concilia, quamquam generalia, cōtra
uerbum Domini statuere. Notus est lapsus Concilij Ariminensis,
Ephesini secundi, & multorum aliorum. Homines enim quamlibet
multi coeant, tamen ut homines sunt, ita possunt, & non in nomine
Domini coire: & in nomine Domini conuenientes, non in nomine

Concilia etiam
bonorum, ma-
le de Religio-
ne statuere
possunt.

Christi statuere.
Vnus indubitatus doctor ueritatis est Christus Dominus, hunc Luce 9.
iussit Pater audire, hunc audiuit Ecclesia uniuersa Christi, quam late vnde certitu-
orbis patet, sicut in cæteris, sic etiam in hoc instituto, quamdiu illi do in rebus se-
uerti Episcopi præfuerunt: & hodie audit eum, & integrum Sacra cris petenda,
mentum administrat omnis Ecclesia tum Indica, tum Græca.

Nulla,

Nulla igitur omnino cauſa adferri potest, quo minus immi-

Bernardus. nute maiestatis Christi, & Ecclesiæ eius, ipſi nos obligemus, ſtam mani-
festam Sacramenti deprauationem, quæ eo tempore in occidentalibus Ecclesijs obrepſit, quo Dominos habere cœperūt, qui Anticheti-
ſto, non Christo seruiebant, ut Diuus Bernardus queſtus est, retine-
re audeamus, docti iampridem meliora.

Audes tu quidem scribere, Eccleſiam multis ſeculis hanc deprauationem uifurpasse; uerum hoc ipſo Ecclesiæ Christi luculentam in-
iuriā facis. Conſtat enim ab orientalibus Ecclesijs nunquam fuſſe
receptam: in occidentalibus autem ante quadringētos annos non
dum ubique obtinuisse. Sed fac eſſe: multis ſeculis hæc Sacramenti
mutilatio obtinuerit: quia tamen conſtat uſum huius ceremoniæ
ſecus eſſe institutum a Christo, aliter traditum ab Apoſtolis, qui a
Domino acceperant, nonne concluditur hanc Christi institutionis
deprauationem minime tribuendam eſſe Ecclesiæ, ſponsæ Christi,
quæ uerbum eius per omnia ſequitur: ſed temerati potius, & ſu-
perſtitioni imperitorum & irreligiosorum Sacerdotum: eamque
deprauationem a ueris Christi Ecclesijs, mox ut institutum ſui p̄cep-
toris cognouerint, repudiandā eſſe, ut quæ hunc unum magi-
ſtrum audire, & ſequi paſtorem debeat. Conſuetudo enim ſine uero-
Cyprianus. ritate, uetus erroris eſt, ait D. Cyprianus. Et nos filios ueritatis, no-
hominum conſuetudinem, ſed Dei ueritatem ſequi oportet.

Reſponſio ad primum Argu. Commentū illud, uidelicet conineri tantum ſub altera ſpecie Sa-
cramenti, quantum ſub utraque, irreligiosæ argutiationi merito eſt
aſſcribendū. Iſta corporis et ſanguinis Domini exhibitio, quam Do-
minus nobis in ſacra Coena ſua offert, res Sacramenti eſt, & operati-
onis diuinæ: quapropter ex physica ratione de ea quicquā colligere
uelle, non minus a ratione, quam a religione alienum eſt. Exhibet
hic ſe Dominus, ut ipſi uifum eſt, ratione nobis inexplicabili: & quā-
quam ſeorsim corpus, ſeorsim ſanguinem, in ipſo tamen nephias
eſt quidquam ſectionis cogitare. Vera eſt & realis exhibitio, ſed ad
id, ut corpus & ſanguinem Domini uere percipientes, uiuamus pe-
nitius in ipſo, & ille in nobis. In nostris enim cordibus habitare
vult: eo ſe his sacramentis inſert, ut iſpum non in auro & argento, in
quibus

*Quomodo no-
bis Dominus
ſeipſum in co-
ra exhibet.*

I N T E G R O S A C R A M E N T O

41

quibus non habitat, (ut Salomon, Iesaia, Stephanus, & Paulus testatur idonei testes) sed in nobis ipsis, quem tota uita nostra circumferre, & tanquam ueræ Monstrantiaz, demonstrare & exhibere debemus omni pietate, sanctimonia, & beneficentia.

3. Reg. 6.

Iesaie 65.

Acto. 7. 17.

1. Cor. 4.

Reffonsio ad

arg. secundū.

Argumenti illius, quod Apostoli non laici fuerint, sed sacerdotes, cum eis Dominus utrumque Sacramentum prebuit, merito me piget, pudetque tuo nomine. Facile enim uides, si ista argutia admittatur, consequi, neque panem Domini laicis dispensandum esse. Nec enim de hoc aliud a Domino mandatum accepimus quam de calice, estq; Apostolis datus, nō laicis. Quod ille tam imperitus, quam impius sacrificulus agnouit, qui respondit, laicis nec corpus Domini Sacrificuli diu iure dari, sed liberali sacerdotum benignitate. Est & illud irreligiosæ claram. incogitantie in re tanta, de discriminē Clericorum & laicorum men Latomi in cognitionem facere; cum nec sacerdotibus apud uos calix Domini de mē gitantia. sa Domini dispensetur.

Quod subiectis, non uetusse Dñm dispensari altera solum specie, Reffonsio ad quum et ipse ita Sacramentū duobus discipulis Emaunti porrexerit, arg. tertium. tantundem momenti habet. Prīmū enim, an Dominus in ea fracti^o Luce 24. one panis duobus discipulis Sacramentum corporis sui dederit, in certa coniectatio est: & ut certa sit, quomodo probabis non dedisse Dominum his discipulis pariter & Sacramentū sanguinis sui?

Quid enim hoc loco habetur aliud, quam hos discipulos apertis tandem ipsorum oculis agnouisse Dominum, cum eis acceptum, bene dictum, & fractum panem porrexisset. Deinde si maxime constaret Dominū, in hac fractione panis exhibuisse Sacramentum sui ipsius, & id symbolo panis tantum: licet ne propterea seruis immutare institutum Domini sui in hac sacra Coena, tā clare et diserte ab eo tradistum? An uero non uidetur tibi Dñs satis uetusse, alteram tantum Sacramenti speciem de mensa sua dispensare, cum utrumque dare & accipere adeo sancte instituit & praecepit? Tu quamq; te hominem agnosces, nec dignissimum iudicas, qui donis Dei profulius utare, tam si tuæ familiæ diserte præcepisses, ut ad prandiu*m* tibi pararet tria ciborum genera, cum duobus multo salubrius utereris: eo ipso tam uelles domesticos tuos arbitrari, esse abste uititu*m* ipsis, duo tan-

Nemo homuncio in obediens, seruulum fert, & dominus feret scilicet.

F tum

tum tibi genera ciborum exhibere, quod præcepisses illis diserte de tribus. Cur igitur putes ueritatem nobis non esse, alteram solam Eucharistie partem de mensa Domini dispensare, cum Dominus tam clare insisteret, & iussicerit Apostolos primum, consequenter omnes homines administrare & sumere utramque, dum ait: Bibite ex eo omnes.

Ecclesia Christi etiam fallitur nonnumquam. Ecclesiæ igitur Christi, quia sunt hominum coetus, & labi possunt propter imperitiam ministrorum, & inopiam doctrinæ syncerioris: ferre potuerunt, cum aliqua ignorantias excusatione, spoliari se dispensatione & perceptione calicis Domini, & nihilominus Ecclesiæ Christi esse. At quæ eruditæ sunt, quomodo mysterium huius Sacramenti Dominus instituit, haec non possunt esse Ecclesiæ Christi, si praetermittant quod traditum esse nouerunt a Christo sposo & capite suo. Adulteræ enim sunt, non sponsæ Christi, quæ maiestati & præceptis Christi autoritatem creaturæ scientes præferunt. Id quod Prophetae passim clamant, de quo audi expende quid Diuus Cyprianus te status sit.

- Cypria.** Et ideo frater charissime, si quis de antecessoribus nostris, uel ignobil. 2. ranter, uel simpliciter non hoc obseruauit & tenuit, quod nos Dominus facere exemplo & magisterio suo docuit, potest simplicitatem eius de indulgentia Domini uenia concedi; nobis uero non poterit ignorari, qui nunc a Domino admoniti & instructi sumus, ut calicem Domini minicum uino mixtum, secundum quod Dominus obtulit, offeramus; & de hoc quoque ad collegas nostros literas dirigamus, ut ubi que lex Euangelica & traditio dominica seruetur, & abeo quod Christus fecit & docuit & fecit, non recedatur. Quæ ultra iam contemnerent & in errore pristino perseverare, quid aliud est quam incurrere in obiurationem Domini increpantibus in Psalmo & dicentibus: Ad quid exponis iustificationes meas, & assumis testamentum meum per ostium? Tu autem odisti disciplinam, & abiecisti sermones meos retro. Si uidebas, furem, & occurbas, & inter mochos particulam tuam ponebas. Exponere enim iustificationes & testamentum Domini, & non hoc idem facere quod fecit Dominus, quid aliud est, quam sermones eius abijcere, & disciplinam Dominicam contemnere; nec terrena, sed spiritualia fulta, & adulteria committere, dum quis de Euangelica ue-

SACRAMENTO EVCHARISTIAE 43

ritate furatur Domini nostri uerba & facta, & corrūpit, atque adul-[”]
terat præcepta diuina? Sicut apud Hieremiam scriptum est: Quid[”],
est, inquit, paleis ad triticum? propter hoc, ecce ego ad Prophetas, dis[”],
cit Dominus, qui furantur uerba mea unusquisque a proximo suo,[”],
& seducunt populum meum in mendacijs suis, & in erroribus suis.[”]
Item apud eundem alio loco: Et mochata est, inquit, lignū & lapidē, &[”],
in his omnib⁹ nō est reuersa ad me. Quod furtū et adulteriū ne in nos[”],
et iā cadat, cauere solicite, & timide, & religiose obseruare debemus.[”]

Hier. 23.

Cap. 3.

Hæc D. Cyprianus contra eos nominatim scripsit, qui in calice
Dominico sanctificando, & plebi ministrando, non hoc faciebant,
quod Iesus Christus Dominus & Deus noster, sacrificij huius author
& doct^ror fecit & docuit, uidelicet, quod aquam pro uino in calice
ministrabant. Cum autem illud D. Martyr ideo tantopere dānarit,
quod alienum esset ab instituto Domini: nec minus ab eo instituto
disceditur, quando calix omnino plebi non ministratur, ac cum in
eo pro uino exhibetur aqua: planum est, omnia illa, quæ D. Martyr
hoc loco contra eos adfert, qui Sacramentum Domini uiolabant,
dum aquam in calice loco uini porrigebant: uerissime dici posse, &
quadrare hodie in eos, qui idem Sacramentum in eo mutilant, quod
plebi calicem penitus subtrahunt. Id nemo negabit, qui agnoscat, S.
Martyrē ea, quæ scripsit cōtra Aquarios illos uere, & solide demon-
strasse. Quod ipse tu, qui Dialectica & Rethorica semper es professus
inficiari non potes, etiam si in sacris non admodum sis uersatus. Nec
est quod cauilleris hoc loco de uerbo Offerre: S. Martyr enim pro-
posuit, de calice Domini sanctificando & plebi ministrando.

Admisces tu huic loco quædam de potestare Pontificū & eorum
qui in Cōcilio Constanſienſi & Baſiliensi Christū & institutum eius,
dum Ioannē Husz cremarēt, eiusq^{ue} ſectatores execrārēt, condēna-
runt: ſed hæc ad locū de Ecclesia pertinent, ibi respōdebitur ad ea.

Scribis, non modo creditu, uerum etiam dictu esse difficile &
absurdum, tot, tantosque uiros, qui Concilijs illis duobus inter-
uerunt aliud ſpectasse quam Ecclesiæ concordiam. Mirabile uero
le^ttu est, & mihi ante hac difficile creditu fuisset, Latomum in-
ſtituisse oppugnare hoc ſuo ſcripto longe maximam Germaniæ

F ij partem

44 DE DISPEN. INTEGRO SAC. EVCHA.

partem, in qua non pauci & docti, & prudentes uiri sunt; & scribere sibi permisso tam aliena a sensu, & iudicio omnium, qui cum rerum humanarum conditionem, tum historias, & maxime temporis illorum duorum Conciliorum notas habent. Etiam melioribus Ecclesiæ temporibus, maior pars meliorem in conuentibus Ecclesiasticis non raro superauit. Etsi maior pars in Concilio Constantiensi, quod primum damnare ausum est seruare institutum Christi in Coena Domini, ueram Ecclesiæ Christi concordiam quæsiuit; qui factum est, ut pius & necessarius Sigismundi Imperatoris & paucorum honorum Patrum conatus, de reformando Clero, antequam Pontifex crearetur, qui eam reformationem (ut antea factum) in aliud tempus rejeceret, adeo impie fuerit elusus & Rhetorica ista tam a uero de rebus iudicio aliena, te profecto indignabitur etiam istam turbam, haereticos uocare non dubitas D. Martyrem Christi, Ioannem Hus, & sectatores eius, tum certe, cum Dominus suum tibi de his iudicium reuelarit.

Epilog. ad di- Concludo itaque hanc quæstionem cum D. Cypriano: uidelicet, **midiat. Eucha-** In sacrificio, quod Christus est, non nisi Christū audiendum et sequen-
rist. dum esse. Hic omnibus Christianis tam accipientibus quam admini-
strantibus idem corpus, et idem poculum proposuit, iussitque pariter
omnes uirumq; sumere, nihil enim in hoc Sacramento interesse in-
Chrysostomus ter sacerdotem & plebem, catholice & orthodoxe D. Chrysostomus
Homil. 15. in testatus est. Ita obseruauit quod ueluti per manus acceptum a Domi-
2. Corinth. no Apostoli tradiderant, uniuersa Ecclesia Christi, usque ad id tem-
Bernardus. pus, de quo scripsit Bernardus in Cantica Sermo. xxxij. Christi sunt
& seruiunt Antichristo: honorati incedunt de bonis Domini, qui ho-
norem Domino non deserunt. Hoc tempore prælati uendere Sacra
m̄ta Christi cooperunt, & abiçere disciplinam eius uniuersam: quid
mirum igitur, si etiam hoc Sacramentum mutilarint? Sed de his plu-
ra in quæstione de Ecclesia.

N V N C D E I N V O C A T I O N E
ne Diuorum.

Hanc

HANC conar̄is adserere authoritate non tantum Sanctorum Patrum & Ecclesiae, in qua illam suisse affiras ante mille ducentos annos: uerum etiam authoritate Scripturarū, quæ tuo quidēius dicio, tam sunt hic aperte, nulla ut possint oratione labefactari. Primum itaque respondebo quantum attinet ad authoritatem Patrū, quos utinam legiſſes tam diligenter, quam citas confidēter. Didicilſes enim, illos iudicare irreligiosum, & in spiritum sanctū authorem sacrarum Scripturarum esse contumeliosum, si quis in controuerſia ſine scripturā ſi religionis objicit authoritatem hominū, priuſquam ſententia hominū autho- tia Christi ex diuinis literis explicata ſit & comprobata. Deinde ſi ritus nullus. Patrum scripta legiſſes, notum etiam tibi eſſet illud, Diuī Augusti- num & cæteros Sanctos Patres omneis, ſolis Canoniciſ Scripturis hunc honorem detuliffe, ut ideo uera haberent quæcunque in illis le- giffent, quia ſic scripta eſſent: de cæteris uero scriptis omnibus libe- rum ſibi iudicium feciſſe, nec quicquam in eis approbabafe, quan- tum magna scientia & sanctimonia p̄diti fuſſent autores, quod non per Scripturas, aut probabiles rationes demonstratum eſſet, aut approbatum: Idemque de suis scriptis iudicium nos facere præce- piſſe. Priuſ ergo per Scripturas, ſi quaste habere putabas, adſerere te inuocationem Diuorum oportuerat: ac deinde Patrum testimonia ſubjicere. Sed quantum ad hunc ordinem pertinet, condonemuſ ſane tibi, & non Theologo, & ſequenti non ueros Theologos. hoc in- terim condonandum non eſt, quod Sanctis Patribus tribuis, ip- ſos inuocationem Sanctorum adſerere, & nominas inter eos qui Sancti patres hoc faciant etiam D. Hieronymum & Augustinum, ex quorum nusquam inuo- libris nihil quicquā huius assertionis docere poteris aut monstra- tionem Di- re, ſed neq; ex aliorum libris. Adſerere enim aliquid in Ecclesia Dei, uorum afferunt eſt id ut dogma religionis noſtræ proponere. Sic inuocandoſ eſſe Sanctos nullus Patrum docuit. Prorumpunt quidem in oratio- nibus laudatorijs Diuorum, per prosopopœiam in appellationem & inuocationem illorum, quos celebrauit: uerum ut in preces pu- blicas Ecclesiæ nunquam hoc admiserunt, ita nequaquam ut cōmu- ne dogma Ecclesiæ adſeruerunt. Quantum ad Librū meditationū attinget, & ſimilia commenta, quæ D. Augustino tribuuntur: ſi accu-

Apostrophe
patrum ad ſan-
tos.

rate huius scripta legeris, ipse fateberis incertā esse authoritatē: quāc
ne in his quidem ulla est huius rei adfertio. Nec enim quodlibet San
ctorum factum, adfertionem uel dogma parit in religione Christi.

Ecclesiae au- De authoritate Ecclesiae respondeo, eam prætexi huic rei non
rhoritas falso posse. Tu quidem audes scribere, iuocationem Diuorum suis in
iuocat. **Diuo** Ecclesia ante mille ducentos annos. Diuus autem Augustinus, qui ci
rum prætexi- teriore tempore in Ecclesia floruit, scripsit libro de Ciuit. Dei xxii.
Cap. x. in hunc modum. Nos autem martyribus nostris non tem
pla sicut dījs, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorū apud
Deum uiuunt spiritus, fabricamus: nec ibi erigimus altaria in qui
bus sacrificemus martyribus, sed uni Deo, & martyrum & nostri sa
crificium immolamus. Ad quod sacrificium sicut homines Dei, qui
mundum eius confessione uicerunt, suo loco & ordine nominantur:
non tamen a Sacerdore qui sacrificat. **I N V O C A N T V R.**
Vtrī iam, tibi, an Augustino de usu Ecclesiae Dei ante annos mille
ducentos, credere iubebis?

Coloniensium Argutantur hic quidam ex Coloniensibus, in sacrificio quidem
arguite. Sanctos iuocari non debere, sed solum Deū Patrem per Christum:
in alijs autem precibus eos iuocare licere. Quis uero Christiano
rum, qui in hac disputatione sententiam Domini, non impias rixas
quærat, non concedat, precem eam quam in sacrificio Sacerdos to
tius Ecclesiae nomine facit, proprie Ecclesiæ precem, & omnibus alijs
Christianorū precibus exemplo esse debere? Ex quo conficitur, cum
in hac solenni Ecclesiæ precatio Sanctos iuocare non licet, ut
nec in alijs, siue Ecclesiasticis, siue priuatis, id Christianos deceat.
Quod enim rectissimum est, & Deo gratissimum, id in omnibus pre
cibus, quae ad Deum effunduntur, ommino sequendum est. Quocir
ca etiam aliæ Ecclesiasticae preces, quas Collectas uocant, nulla ad
Diuos, sed ad Deum omnes diriguntur.

Ergo & in eo Ecclesiæ Dei iniuriam facis, quod ipsius institutum
& obseruationem facis, iuocare Diuos, Inuentum hominum: qui
ut de Ecclesia maxime fuerint, tamē quoniam hoc commētum in
uererunt in usum populi Dei, in eo nequaquam id fecerunt, quod
est membrorum Ecclesiae, agentium ex spiritu Christi. Non enim ad
adūcas

ædificationem corporis Christi, sed ad grauissimam eius uiolatio-
nem, & depravationem hoc inuentum ualuit: quod fatentur & des-
plorant, quicunque regnum Christi uere expetunt.

Porro ubi ad scripturæ authoritatem uenis, uide quid probes. Nullæ script.
Citas primum illud Hieremiæ cap. xviii. Si steterint Moses & Samu D. inuocatio-
ne ex cōditionali facis cathegoricam? Si steterint, inquit Domini tu.
rus: Tu concludis, ergo stant: imo non hanc, sed istam. Ergo sunt
iuocandi: hoc enim, non illud in disputatione est.

Alterum testimonium profers ex ij. Machabeo. xv. ex quo libro
si neciebas, nullum posse dogma statui, uel probari, non debebas tis-
bi sumere hisce de rebus disputare: Si sciebas, non erat tibi ita luden-
dum in re tanta. Verum largiamur tibi hoc testimonium posse pon-
dus aliquod in huiusmodi disputatione habere; quid ramen ex som-
nio conclusas? Visus est Iudas sibi uidere, non Hieremiam, ut tu non
probe citas, sed Oniam sacerdotem protensis manibus orantem pro Latomus non
Populo Iudeorum; & deinde iuxta hunc apparuisse ei Hieremiam recte allegat
prophetam, de eoque dixisse Oniam, Hic est, qui multum orat pro scripturæ.
populo. Quid uero hic aliud q̄ somnium & uisionē habes? Quam
aburde autem consequetur, si tribuere re ipsa oporteat spiritibus,
qua in insomnijs Sanctis uisi sunt facere? At donemus etiā istud: ras-
men quæ fuerit ista conclusio & Sancti orant pro nobis, ergo sunt no-
bis iuocandi? Qui in India Christiani sunt, orant pro nobis: uistu-
igitur, ut eos iuocemus?

Rursus, apparet te admodum in hac scriptione perturbatum fu-
isse, (alios enim dialectica docuisti) nam cū disputatione sit inter nos,
num Diui sint a nobis iuocandi, non etiā an orēt pro nobis: tu Scri-
pturas adducis, quibus pbari posse putas, eos orare pro nobis, q̄
nemo nostrum negat. Quamq̄ etiam si ualeret hæc consequentia, O
rant pro nobis Sancti, ergo etiam iuocandi nobis sunt, ut orient pro
nobis: tamen quæ tu adducis loca, secundū Pighiūm uestrum, & alios
uestros doctores, pro tua causa nihil momēti adserunt. Negant em̄
illi, Diuos ante p̄solutū precium redemptiōis nostræ, fuisse cum Deo
coniunctos in gloria, ac ideo suffragia ipsorum eo tempore implorari non debuisse.

Verum

*Sancti quomo
do orant pro
nobis.*

Verum inter nos non disputatur; an Diui pro nobis orent, sed an sint a nobis appellandi, ut orent pro nobis. Nos enim uiuere Sanctos apud Christum credimus, & in Christo: quare consequitur, ut non negemus eos uiuere nostri amantes, adeoque salutem nostram perpetua quadam pro nobis deprecatione expetere cum Christo capite suo & nostro, sed deprecatione, qua precantur cum primis sanctis & sacerdotiis in nobis nomen Patris nostri coelestis, & proferri regnum Filii eius, in quo uoto & Angelis sunt. At inuocare & appellare, uel Diuos uel Angelos, cum sciri non possit, primum an id probetur Deo: deinde, an illi nos audiant, religio est ihs, qui plenius nouerunt, quid sit adorare Deum per Christum in spiritu & ueritate.

*Augustinus.
An sancti sci-
ant quid apud
uiuos agatur.*

Diuis Augustinus in libro, De cura pro mortuis, ingenue fate- tur se inter cetera, & hoc de D. Martyribus ignorare, quomodo nobis auxilia Dei impetrant, an res nostras norint, & preces audiant, nec ne. Quod uero tunc in Ecclesia ignoratum fuit, de eo quomodo tu nos certos facies? Easdem Scripturas Sancti Patres habebant, & in omnibus dogmatis ad pietatem facientibus mentem Domini testabant. Hic Prudentii poemata, et Hieronymi consecratio. Cum Sancti sint cum Christo, eos ubique adesse: & si qua sunt similia: quia situuntur testimonij Scripturatum, apud religiosas mentes parum ponderishabent.

Iohn. 14.10.

Quos ergo uera cura implorandę opis diuinę tenet, n̄ commen- tis omnibus eiusmodi praetermissis, quoniam incerta sunt, certum sequi uerbum Domini studebunt, hoc est, inuocabunt Patrem per Christum. Dominus enim dixit: Quicquid Patrem rogaueritis in nomine meo, dabit ille, & ego faciam uobis. Hoc aduocato qui contentus est, neminem alium inuocabit in celis: qui eo satis non habet, is nec Sanctos habere poterit: nam sunt unum cum Christo, & ignorant eos, qui Christum non agnoscent eiusmodi Aduocatum nostrum apud Patrem, qui solus a Patre impletat nobis omnia.

*1. Iohn. 2.
1. Tim. 2.*

Hæc certa sunt, quia diuinis oraculis prodita: his inhærent ueritadefatores, & qui opem Dei cum re igiose querunt, tum certo exortant. Inuocationem autem Diuorum irem dubiam, & inuentum hominum relinquunt ihs, quibus Christus Dominus uidetur aut minus, quam

quam Diui promptus ad intercedendum pro peccatoribus: uel non *Quanta con-*
tam efficax apud Patrem intercessor, aut certe nobis difficilior aditu, tumelia Chri-
& plane talis, qui peccatores ad se uere conuersos, nisi intercessor si in inuoca-
tione Diuorum.

Alphonsus uester, & alij quidam appellati in hoc articulo de au^r Paralogismi
 thoritate Scripturarum, obiiciunt ea loca, in quibus probatur, uiuen Alphoni &
 tes hic Sanctos inuocare, ut pro nobis ad Deum intercedant. Sed aliorum.
 ab hac terrena uiuendi agendique ratione, ad coelestem, nō ualet con-
 secutio. Nimiris magna inter hanc & illam uitam diuersitas est. Hic
 appellare & rogare fratres, ut pro nobis deprecetur, cum id nulla
 sit diffidentia uel diuinæ bonitatis, uel intercessionis Christi, sed tan-
 tum ex ardenter id existit studio exorandi, quæ ad sanctificandum no-
 men Dei, et proferendū regnū eius faciūt, opus est uerē pietatis: quo
 quidem opere & nos ipsos, & proximos ad orandum Deum magis
 inflammamus, & existimationem donorum Dei, nostrique ipsorum
 delectiōnē, cū in nobis, tum in proximis augemus, ac gloriā Dei, per
 auctam hoc pacto nominis eius inuocationem & gratiarum actio-
 nem, illustramus. Quæ utilitas fraternæ intercessionis commendat-
 tur a Paulo ij. Corinth. i. cum ait, Dominus porro liberabit me adiu-
 uantibus & uerbis, depreciatione pro nobis, ut pro dono in nos, ex
 multis personis, & gratiæ per plures agantur pro nobis.

Sanctorum uero anime, quæ nunc extra mundum hunc uiuunt Diuos cur no-
 cum Christo, non hanc nobiscum habent uitæ coniunctionem, ut bis appellare
 appellari a nobis, aut ad ista officia fidei & charitatis excitari debe non licet.
 ant: alioqui per se excitatissimi, & in omnibus ijs deprecationibus
 & laudibus Dei, quæ illorum uitæ conueniunt, ardentissimi.

Perspicuum igitur est, inuocationem Diuorum in sacra Scriptu-
 ra, quæ tamen alias officia pietatis omnia & religionis, & quicquid
 omnino bene recteque factū censerī debet aut potest amplissime tra^r Colonensium
 dit, nec præcepto ullo, nec exemplo doceri, sed nec etiam exullo ineptæ & im-
 Scripturæ loco probari posse. Quod enim adserunt in concionibus pie argutiæ.
 Coloniæ, de probro Iudeorum in Christum Dominum, Heliam Matth. 27.
 uocat, uideamus an ueniat & liberet eum: Item de epulone inuocan Luce 10.
 te in inferno patrem Abraham, ut Lazarum mittat, qui madefacto

digito refrigeret linguam ipsius: Hæc digna sophismata sunt illis, qui instaurationem Ecclesiarum cū quauis contumelia Dei impedire non uerentur. Ergo ne his authoribus, ex impijs, & horrendis perditissimorum hostium Christi conuictis discemus, quid olim fuerit in more, & religione populi Dei, & quid a nobis requirat Deus? testimonia proferemus de inuocando Deo, de imploranda ope eius per gratos ipsis interpellatores. Et ex eo, quod Dominus, per figuram nostris accommodatam sensibus, tribuit perferenti cruciatus Gehennæ, cognoscemus scilicet, quomodo sit adeunda Maiestas Dei, & quid sunt adiungendi Christo, uelut socij aduocati, pro nobis Patrem in terpellantes? Quin hinc quoque discimus, irrigare aqua benedicta linguis eorum, qui torrentur igni purgatorio: discimus etiam quid Diui in cœlis habeant alij alios, & gestent in sinu? O uero intolerabile iudicium, quod istas mentes, & linguas manet, quæ dogmata Christi tam execranda petulantia uiolant, & conspurcant.

Tu autem Latome uides (si quid in rebus religionis nostræ vide re potes) inuocationem Diuorum nullis scripturis comprobari posse: quare efficitur, ut nec Ecclesiæ possit attribui, ueræ inquam Ecclesiæ, quæ uerbum Domini, per quod genita & Christo desponsata est, in omnibus sequitur: nec etiam sanctis Patribus, qui tunc demum Ecclesiæ doctores haberit se uoluerunt, quando nō discedunt a præcepto uerbi diuini: Sed ut alia multa uerbo Dei repugnantia, ueræ doctrinæ permista esse, ita etiam hoc de sanctorum inuocatione dorum paulatim irreplisse, & magis magisque creuisse, partim inconscia quadā, neq; satis fideli trepidatione eorum, qui & faciem Dei Patris fugiebant, & Christum conciliatorem aduocatumque nostrum unicum, non agnoscebant: partim execrada pseudocleri auaritia & nundinatione, quæ temporibus aucta tandem eusit in illud fastigium, ut gloriam Dei apud plurimos horrenda plane afficerit contumelia, & ueram in Deum fidem prorsus euerterit.

Origo et causæ
se inuocat. Di-
uorum.

Quid enim est, quod apud Poëtas, & alios prophanos scriptores legisti de furore Gentium in colendis suis confictis numinibus commoratum, & a D. Lactatio, Agustino, & alijs sanctis Patribus confirmatum; quod non passim, præcipue uero in uestra Diœcesi, in cultu Diuorum.

Diuorum hodie conspiciatur? Non ignoras, opinor, qui Diui in ipsa Treuir. super
Treuiroru[m] urbe, qui in Cœnobio Echterschemio, & alibi colâtur, stitiones,
& quo ritu: dum Sanctos uidelicet saltantes, ut eos uocant, saltando, Fortasse Echo
furiosos furendo, tacentes acendo colunt. Sed quid ista tibi, uestrisq[ue] ternaco .
commemorem, quando nimium nota sunt? Certe deplorandum est
uale, his tam apertis & nefariis contumelij Dei conditoris nostri,
tamq[ue] manifesta cōculcatione sanguinis Christi, homines doctos, &
Episcopis familiares, adeo nihil moueri: ut etiam ijs dissimulatis, pu-
ram Christi doctrinā, qua sola populus eripi & liberari possit ab ins-
veterata impietate & idolatria, non dubitent impugnare.

Si Germanica scripta, quibus tractantur sacra, legere tibi liberet, *Responso Bu-*
ut in prophanis rebus oportet, cuperem ut ea legeres, quæ Colonien ceri ad Coloni-
sibus respondi hac de re altero libro, quem ad illos pro defensione enses.
doctrinæ Christianæ scripsi. Nam in eo, quanta sit in hac Sanctos-
rum invocatione impietas, plenius demonstravi.

Optas tu quidem te illud uere posse dicere, ita uiuere nos, ut in *Votum Lato.*
firmitatibus nostris subleuandis coelestia præsidia necessaria nō sint. *expenditur.*
Istud tuum uotum, queso, confyderes quid sibi uelit. Infirmitatibus
nostris coelestia præsidia omnino necessaria sunt. At cuius est illa con-
ferre & largiri? nū Christi seruatoris: lā uero quę ille confert, cedo, fas-
tis ne magna tibi sunt ad quamlibet nostrā infirmitatē subleuādam,
an minus? Si satis tibi nō sunt, certe hostia uictimaq[ue] Christi tibi non *Dilemena.*
estea, qua sanctificati perficiuntur in perpetuum: imo Christus tibi non
est Christus: Si satis faciunt, cur nos ad Diuos ablegas & dimittis?

Ut uero illi aliquid præsidij ferre queant nostris infirmitatibus,
quodnam illud esse dices? Augebit in nobis fidem? corroborabunt *Diuinil nobis*
spiritum sanctum? His enim rebus nostra infirmitas subleuatur. *Hæc conseruant.*
autem solius Christi opera sunt. Intercedunt, aīs, pro nobis suis preci-
bus, & spiritum ampliorem imperant. An uero hunc ipsum spiri-
tum ampliorem nos, quamlibet ægri & infirmi, non possumus im-
petrare soli nostris precibus ad Patrem per Filium? Hoc si dicis, falsi
arguis Christum in eo quod dixit. Venite ad me omnes, qui labora-
tis & onerati estis, & ego uos reficiam. Omnes uocat, etiam infirmis-
simos: & qui ad ipsum non ueniunt, hi ad falsa de Diuis sigmēta pos-
sunt, ad *Matth. 11.*

sunt, ad ipsos Diuos uenire, mentemq; suam attollere non possunt. At si quamvis infirmi, præsidium tamen Diuinum, per unius Christi intercessionem possumus impetrare: quis dicit, accessionem intercessionis, quam tu contendis a Diuis experendam, esse necessariam?

Adloge kq; zvra= nōloutra Lato= mi.

Illud etiam est inexplicabile, quod intercessionem Diuorum, uis- uentibus negligentius facis necessariam, accuratius uiuentibus non necessariam. Tantum ergo ponderis adserunt nostra opera, nostra iustitia, ut si illa supererat, Sæctorū intercessione opus nō habeamus, quibus ea necessaria sit, si proprijs meritis non abundemus. Eis qui extra Christū uiuunt, puto nō dices quicq; præsidij contingere a Diuis, cum non sit aliud nomen datum nobis sub cœlo, quo seruari possimus, quam Domini nostri Iesu Christi. Iis uero qui in Christo uiuunt, cum nō neges Christum ipsis a Patre impetrare omnia, quantum uis magna grauentur infirmitate, cur necessaria sint præterea Diuorum præsidia non video: nisi forsitan Christus intercedere pro nobis apud Patrem nolit, nisi exoratus a Diuis. Qui igitur ualde æx- gram ille peccatricem complexus est tam clementer & amanter, quā fastidiebat iustus Pharisæus, nec bene ferebant Sancti Apostoli? Cur debilem Cananitidem, etiam repulsis intercessoribus Apostolis exaudiuit, atque Latronem extrema depresso infirmitate ad unicam inuocationem consortem regni sui fecit? Porro non est acceptor per sonarum Christus, & qua facilitate istos recepit, eadem & nobis hoc ipso promittit, quod eam & ad nos per Euangelion suum predicari voluit.

Acto. 4.

Luce 7.

Matth. 15.

Luce 23.

2. Paralip. 19.

Rom. 2.

Poenitentia et

Fides donum

Dei nō Diuo-

rum.

Act. 5. 20.

Dices opinor eos, quorum meminimus, peccatores in poenitentia & fide constantes fuisse. Recte, sed poenitentiam & fidem, siquidem hæ uirtutes in animo non sunt, quis largietur: si sunt infirmæ, quies eas confirmabit; Diui, an Christus? De Christo prædicarunt Petrus & Paulus, ipsum unum esse, qui poenitentiam & fidem præbeat: solus igitur etiam utramque augebit: nam sunt opera Spiritus sancti, quem sane nemo alias largitur: Hic enim oportet, ut Christus unicus humani generis reparator præueniat nos miseros: pastor hic bonus aberrantes oves suas necesse est prior ipse querat, & ad se, tum etiam

etiam per se solum ad Patrem adducat, insuso spiritu, quo Patrem per ipsum inuocemus.

Vnde cum severitatem diuini iudicij aliquando uere senseris Las-
tome, & de imploranda misericordia Dei plusculum solicitus fue-
ris, magiscq; adeo quam de uestro statu, de uestrisq; opibus defenden-
dis, tum demum disces & extra Christum nihil esse, & in Christo solo
satis supercq; præsidij esse ad imperrandam peccatorum quorumli-
bet ueniam, & ad infirmitatum quarumlibet subleuationem: tum
aduocatus apud Patrem Christus Dominus solus iustus, Patrique ^{1. Joan. 2.}
gratus, tibi quoque unus sufficiet; ut unus satis fuit omnibus Patriar-
chis, Prophetis, Apostolis, Martyribus, & hodie satis est toti Ecclesiæ
Christi, quæ uere suas, hoc est, Ecclesiasticas preces, non ad Diuos, ue-
rum ad Patrem per Christum omnes effundit, ut dictum est.

Quos tu sequeris in adserenda inuocatione Diuorum, non hoc
agunt, ne quid desit præsidiorum cupientibus redire in gratiam cum
Deo: sed ne quid ipsis decedat præsidiorum ad id, ut tueantur hunc
Sardanapalicum splendorem, & luxum uitæ, quoniam diu sub fallo
Ecclesiæ titulo & prætextu fruuntur. Nam si ulla eos cura reconcil-
iationis in eundæ cum Deo teneret, nequaquam in tantis diuinæ ma-
iestatis offenditionibus perseverarent; nequaquam ad tam horredam
doctrinæ Euangelicæ depravationem, ad tam execrandas superstis-
tiones & idololatrias, quæ in ceremonijs omnis generis, quæ in cul-
tu simulachrorum & ossium vulgo committuntur, connuerent:
tantum abest, ut ea tuerentur & augerent: urque paterentur, Ec-
clesias plærascq; omnes adeo turpiter & miserabiliter uastari, & diri-
pi per homines nō solū indoctos, uerum etiā impuros & scelerosos.

D E C O B L I B A T V

Sacerdotum.

A FFIRMAS te nulla de re minus sollicitum esse, aut suisse un-
quam, quam de Sacerdotum uel coelibatu, uel coniugio, mo-
do honeste & caste uiuant: & iuras nullum locum in disputationibus
tuis ratiore suisse, quemq; libentius in omni sermone præterieris.

G iii Miruna

Mirum est igitur, cur nunc in hoc argumento uolueris esse tam copiosus, & acer, nec enim alium locum, nisi illum criminacionum tuarum in nostrum ordinem, pluribus uerbis in tuo scripto urges. Cum ergo in hac cauſa uerbosius & acrius instes, & postules, ne quid eorum dissimulem, quæ in tuam partem scripsisti: deinde cum etiam ueræ Ecclesiæ permultum intersit, sententiam Christi in hac contiouersia probe excussam & explicatā esse, tractabo & ego quæ ſtione hanc paulo copiosius, & ad singula cum tua, tum aliorum argumenta respondebo plenius.

- Capita argu.** Et initio quidem, ut in superioribus locis, ita etiam in isto p^{ro}p^{ri}e Latomi. 1 gnat & niteris authoritate, non Christi unici magistri nostri, sed Ecclesiæ tuæ, tuorumq^{ue} Pontificum. Nihil enim aliud quam interdīctum, & legem huius tuæ Ecclesiæ obijcis; adeoq^{ue} contendis eam hac 2 in re nihil imponere, quod præstari non possit & debeat, aut quod dissentaneum sit a doctrinali spiritu sancti tradita per Apostolum. Iudicas igitur eos omnes, qui in sacerdotio uxores ducunt, facere contra Ecclesiam, & p^{re}cnis Canonicis obnoxios esse.

Reffponsio ad arg. Primum. Primum uero ubi huic legi, quæ requirit, ut qui se ministerijs Ecclesiæ primoribus addicunt, coelibes uiuant, Ecclesiæ authoritatem studes prætexere: Clementi, quem quartū a D. Petro Rom. Ecclesiæ Episcopum fuisse constitutum affimas eam, adscribis, & confirmas tam esse dicis per Calystum & sequentes Pontifices atque Concilia.

Inter Canones quidem qui dicuntur Apostolorū, & a Clemente collecti fuisse credūtur, extat caput, quod nullis qui ad ordinē Cle^{ri} ci coelibes uenerunt, præterquam Lectoribus, & Psaltis contrahere matrimonium permittit. Verum hos Canones Sancti Patres inter Apocrypha numerant, incertum enim est de authore Clemente. Et quoniam Distinet. xvi, legitur, Zepherinum ex his Canonibus atque tribuisse Apostolis capita sexaginta, Leonē, testari, probata esse Patribus capitula quinquaginta: sextam Synodus recepisse pariter omnina, uidelicet octoginta quinque: tamen constat omnibus peritis rerum Ecclesiasticarum, qui farraginem istam legerunt, perparum in ea esse, quod uel spiritum, uel tempus Apostolicum resipiat. Præcipit enim in his Canonibus de ordinatione Episcoporum, per du-

Os aut tres Episcopos perficienda; de munere Metropolitani : de bis
nis Synodis per singulos annos habendis: de uasis aureis, & argenteis
Ecclesiastū in usum domesticū nō cōuertendis: de Ecclesiis, nō pecu-
nia aut fauore administrantiū Respub. inuadēdis: ac de plēriacō alijs
rebus, quæ temporib⁹ Apostolorum & Clementis, qui Petri fuit
discipulus, parū negotiū dubio procul Ecclesiis exhibuerunt: quan-
quam non hæc tantum argumēta falsi tituli istis Canonibus insunt.
Verum ut multum authoritatis Canonibus istis largiamur, tamen
eam legem non habent, quam uos pridem exigitis, ut nemo in supe-
riores, ut uocatis, ordines admittatur, qui non uicturū se coelibem
promiserit: habent autem has, ut munere sacro deñciatur, quisquis ex
Clero uxorem suam prætextu religionis abiecerit: item, quisquis in Canon. s. 29.
fornicatione deprehensus fuerit: Et hi quidem, ac similes Canones
cum doctrina spiritus sancti consentiunt, sed eos uos, ut plēriacō om-
nia, quæ disciplinæ Apostolicæ consentanea sunt, pridem reieciſtis;
unum hoc, ne Sacerdos uxorem ducat, requiritis, nihil solliciti, quan-
tumuis flagitiose & impure uiuat, modo ne legitimā habeat uxorē.

Iam uero, quanquam uos optimas etiam leges uiolatis, ut
constat: nos tamen qui Christo, & eius Ecclesiæ parere cupimus, ut
deberimus, ingenue profitemur teneri nos legibus omnibus, quæ mo-
do uere leges sunt, hoc est, quæ quod malum est prohibēt, & quod
bonum est præcipiunt. At uestra ista constitutio, quæ ministris Ec-
clesiæ coelibatum præcipit, id quod bonum est interdicit, sanctum
uidelicet connubium: & detinet in eo, quod malum est, in periculis
sillima nimirum uirginis: tum etiam protrudit ac impellit non paus-
cos ad manifesta flagitia. Non est igitur lex, nedū lex Ecclesiæ Chris-
ti: quæ ut non habet potestatem aliquid constituendi, nisi ad propa-
gationē pietatis: ita nihil quod hoc non facit ipsi, ut Ecclesiæ Christi
attribui, eiusue auctoritate obrudi Christianis ulla ratione potest.
Hæc autem ut ordine demonstrem, ac euidenter: uidelicet, legem
istam uestram bonū Dei institutū, sanctū coniugij interdicere plus
simis, quibus profecto id ad salutem plane necessarium est: & detine-
re non paucos in pernicioſo periculo lapsus; complures etiam in ex-
iitum præcipites dare, ideoq; legem istam, quam tanto conatu stu-
des des

Capita argu. des defendere, esse & in Deum horrende contumeliosam, & Ecclesiæ Dei maximopere perniciosa, & proinde nihil minus quam Eccle

Latomii. 1 siæ legē censeri eam posse: Primum ad ea respōdebo, quibus tu co

nari ostendere, legem illam uestrā, quæ cœlibatum toti ordinis a

cerdotum imperat, nihil imperare, quod non quilibet Christianus

2 præstare possit: Deinde ad ea, quibus probare studes, legē istam

uestram esse consentaneam ihs, quæ spiritus sanctus & de cœlibatu,

& de sanctitate sacrī ministerij per Paulum Apostolum præcepit.

Eadem etiam opera ex his ipsis scripturis, quas pro te adducis, euin

cam, cœlibatum esse plerisque germanis filijs Dei, adeoque ihs qui ad

sacerdotium præcipue idonei sunt, plane impossibilem: eocq; non ni

si ad certam perniciem illis indici posse: Tum hoc de cœlibatu præ

ceptum, sicut contrarium est Dei mandatis, quæ per filium ille sum

& Apostolum Paulū nobis dedit, & de cœlibatu, & de sanctimonia

Damina Eccle ministrorum Ecclesiæ, sic etiam exitialem esse Ecclesiæ Dei. Eocq; &

sic propter idoneos atque salutares ministros ei tollit & eripit, dum hi malunt

esse sancti in matrimonio laici, quam impuri & flagitiosi in cœliba

tu sacerdoreis: & nō idoneos ei, immo noxios obrudit, qui nihil pēsi

habent, quid aut promittant aut uoueant, aut quantumuis flagitiose

& scelerate uiuant, contra id quod in se receperunt, modo sub inani

nomine sacerdotij, conditionem uitæ habeant lautam & delicatam.

Responso ad Primum igitur agam de legis uestræ impossibilitate, quam tu

arg. Primum. difficultem quidem agnoscis: at quia saepe parentum nostrorum, non

De cœlibatu. inconsulta modo, uerum etiam iniqua iussa facimus & subimus, mo

ti solum rejerentia erga ipsos: tibi similiter, adeoque magis æquum

esse uidetur, eum nos honorem Ecclesiæ tribuere, ut etiam si cum erz

rore & iniuria sit interdictum coniugium, nihilominus tamen decre

tum illud apud nos ualere sinamus. quoniā Ecclesiæ quæ nos Chri

sto genuit, in eocq; pascit ad uitam æternam, uenerationem summam

& obseruantiā debemus. Omitto hic urgere illud, Ecclesiæ uerā

Dei, quæ ad ædificationem fidei omnia sua & agit & præcipit, non

posse iugum Christi suave, & ortus leue, illa inutili & periculosa

difficultate, incompromissum, insuauie & molestum reddere. Sed excūd

am eas scripturas & rationes, quibus conari ostendere legem istam

uestram

uestram de Cœlibatu clericorum nihil præcipere, quod superet uis
res eorum, quos contendis ea lege teneri. Et ex his ipsis scripturis,
atque alijs demonstrabo illam non modo esse difficultem, sed plane
impossibilem non paucis optimis alioqui Christianis, & ad sacram
Ecclesiæ ministerium singulariter apris, & idoneis. Ex quo & id per
spicitur, quanta cum contumeliam Dei, & Ecclesiæ pernicie ea pro-
miscue omnibus sacerdotibus a uobis imponatur.

Ex scripturis igitur aduersi pro tuæ sententiæ confirmatione, tria Executiuntur
loca. In primis illud responsum Domini, Sufficit tibi gratia mea, qd loca scriptur.
Paulo dedit, cum is ter eum rogasset, ut discederet ab se stimulus ad stabiliendū
carni ipsius admotus, Angelus Saranæ, qui eum colaphis cœdebat, Cœlibatum al-
ne se propter excellentiam reuelationum efferret. Quo ex loco puz legata.
tas inferri, si quis magnopere laboret continendo se, eo quod stimu^z i. Corinth. 12.
lum quendam admotum carni suæ, cupiditatem ueneris, sentiat, ei
Christi, si fideliter imploretur, gratiam non defuturam, eamq; grati-
am illi quamlibet ardenti satis esse posse, ut libidines, & immoderaz
tos impetus cohercere, ac refrenet.

Aduersi deinde, quod Dominus in Euāgelio laudauit Eunuchos, Matth. 19.
qui se propter regnū cœlorū castrant, id quod frustra fecisset, aīs, si
nemo puritatē eam posset assequi. Postremo & illud addis, Domi-
num diligere nos, & adesse īs, qui suam imbecillitatem agnoscunt,
& præsidium eius implorant. Hic animaduerte quam non agas dia-
lectice. Nam ordiar a medio loco, propter eidētiorem consecutio-
nem argumentorum. Non dicimus, neminem, sed non omnes, ut
Christus ait, hanc rem capere, uidelicet, ut se castrēt propter regnum
cœlorum. Ideoç concludamus etiam, non omnes hac lege posse co-
hereri. Tu uero probas posse quosdam seipso castrare propter res
gnū Dei, quod nemo negat: & hoc de quo controuertitur, omnes
id posse, non probas. Christus, inquis, in Euāgelio frustra laudaret
Eunuchos, qui se castrant propter regnum Dei, si nemo eam purita-
tem assequi posset. Nos autem tecum affirmamus, non neminem,
sed multos hanc puritatē assequi posse, uerum eos tantum, quibus
id Dominus dedit: neminem autem, cui Dominus id non dedit, qui
hoc certe non dat omnibus.

Matth. 19.

Ipse enim dixit, Non omnes capiunt hunc sermonem: sed hi quibus datum est. Et, Qui potest capere capiat. Non inquir, qui uult capere: sed qui potest. Quo uerbo docet, eos dumtaxat hanc rem capere posse, quibus id datum sit diuinitus. Quod D. Paulus interpretas ita scripsit, Habet quisq[ue] donum proprium, alius sic, alius aliter. Hoc est, alij datum est, ut a coniugio propter regnum Dei abstineat, alij, ut propter idem regnum Dei matrimonium colat. Tam abest igitur ex hoc dicto Christi probasse te omnes capere posse hoc de coelibatu praeceptum, modo uelint, & opem Christi sollicitent, ut etiam contrarium ex eo colligi sit necesse: uidelicer, non esse quorumlibet huic precepto parere, sed eorum tantu[m], quibus id peculiariter datum sit: adeoq[ue] legem hanc, contra uerbum Dei promiscue omnibus impetrari, qui semel in sacerdotium ordinem electi fuerint.

Locus Pauli

2. Corin. 12. exponitur.

Tantundem pro te facit responsum, illud datum Apostolo, Sufficit tibi gratia mea. Rogauerat Paulus, ut Angelus ille Satanæ ab eo discederet, quoniam autem illud ex ipsis re non erat, ideo nesciendum effret, ut ipse fatetur, Dominus eum non exaudiuit, nec Angelum Satanæ remouit: sed respondit ei, Sufficit tibi gratia mea. hoc est, satis tibi sit, quod etsi precationem hanc tuam non exaudiam, nihilominus tibi fauo, & charum te habeo: quod quanquam humiliato, & perpetuo cædētibus hostibus Euangelij obnoxio, ita preclare spiritu meo adsum, ut uis mea in tua infirmitate perficiatur, & illustrior extet. Etenim stimulum istum carnis, & Angelum Satanæ plerique S. Patrum interpretantur perpetuas contumelias, & afflictiones, quas Apostolus Euangelij causa perferebat ab hominibus per Satanā summissis, qui & ipsi Hebraice Satanæ, id est, aduersarij dicí potuerunt. Nonnulli tamen & spirituales Satanæ tentationes ac suggestiones hoc loco intelligunt.

Stimulus carnis, non fuit mentiorem impetum, & cupiditatem ueneris, id quod Paulus uocat, sicut enim inepti quidam hunc locum interpretantur: tamen istud contra te, non etiam pro te facit. Quid enim aliud ex eo concludas, quam Sanctis nonnunquam utile esse, temptationibus adfligi, & tanquam humiliari; eosq[ue] debere existimare satis esse, modo gratia Dei

Dei ipsos in tentationum fluctibus non desitiat, & ut animus non despondeant, etiamsi Dominus non statim eos illinc eripiat. Fac igitur aliquem non uocatum ad coelibatum, & cui Dominus continentiae donum non dedit, rogare Dominum, ut illius unctionis, & uehemen tioris cupiditatis ab ipso molestia remoueatur. huic quid putas Domini esse responsurum aliud, quam, Sufficit tibi gratia mea, quoniam & contrahenti tibi matrimonium, quod spiritus sanctus pronunciat melius esse, quam ubi, non deero: & meam in te uitutem, quamuis in humiliore uitae conditione, efficaciem, & illustriorem reddam. Vides & hunc locum magis euertere tuam contentionem, quam statibiliter?

Iam ad tertium argumentum ueniamus, quod est de dilectione *Quid Christi* Christi erga suos, & promptissima uoluntate illos adiuuati in quas *dilectio ad coe* us necessitate, cum auxilium eius fideliter imploratur. Diligit sane *libatum.* Christus Iesus omnes qui ipsi credunt, & facturum se pollicitus est, quicquid illi Patrem in ipsis nomine rogauerint: tamen quia coniugium sanctum esse uoluit, & plerosque ad hoc uitae genus depitauit, sicut his non est consultum, ut soli sint, & coelibes uiuatur, id quod ipse statim a creato homine pronunciauit: ita quoque si tales rogent dari *Gene. 2.* sibi donum continentiae, & ab ipsis tolli propensionem illam ad consubrium, non audit eos, imo dicit, Sufficit tibi gratia mea, qua te & in coniugio complectar, neque deseram donec te per omnia participem reddam felicitatis meae.

Nouit ipse melius quam nos, quo in genere uite quisque celebra re ipsum debeat: & ad illud suos omnes uocat, in eoque adeat, & dominum suum largitur. Cum igitur constet non posse omnes in coelibatu placere Deo, propterea quod non sit omnibus indifferenter a Deo mandatus, imo quod diserte scriptum sit, non omnes ad hunc uitae *Matth. 19.* statum uocari, nec omnibus eum conuenire, aut utili esse ad sancti *1. Cor. 7.* sacrificandum nomen Domini: planum sit, nec omnes posse facultatem hanc, ut coelibes uiuant, a domino ex fide petere. Vt enim in cunctis pertinacionibus necesse est, illud solenne praemittere, Sanctificetur nomen *Matth. 6.* ihesu, ita quoque non debemus ullam rem externam, aut ullam huius uite conditionem a Deo petere nisi talem, in qua possimus nomine

H. ij. ipsius

ipsius sanctificare, & regno eius pie inseruire.

Proinde qui in coelibatu uiuit, & incitari se natura ad coniugium sentit, si rogarē Dominum debet, nō simpliciter, ut gratiam sibi det, & facultatem in coelibe uita perseverādi, sed ita, si in eo plenius sanctificare nomen eius possit: si minus, det coniugium, in quo gloriam eius cum aliquo fructu celebret. Eius enim, non nostrum, & in eo instituto ei deseruire debemus, in quo ipsi uisum fuerit, non nobis.

Cui uero Deus connubij facultatem adimi patitur, siue naturae uitio, siue improbitate et uirum hominum, si Dominum iste roget, quo nihilominus uitam sancte transfigat, etiam absq; coniuge, profecto Deus hunc exaudit: adest spiritu suo, ut hāc quantūvis magnā uestiō nem sine sui contaminatione uincat. Ceteri uerbum hoc de coelibatu salutari non capiunt. Quis enim donorum Dei capax sit, si non largiatur ipse? His igitur omnibus lex illa de coelibatu, uero inquam & salutari coelibatu, plane est obseruatu impossibilis. Cumque hos iubetis orare a Domino ut coelibes uiuere possint, interdicto interim eis matrimonio: perinde facitis, ac si uiberetis eos, qui ad artes, & negotia pacis, non ad militandum diuinitus uocati sunt, functionibus istis refectis orare facultatem militandi uel eos, qui uolente Deo agriculturæ, alijs uite artibus, quibus necessaria corporis parantur, desputati sunt, repudiatis istis muneribus, petere a Deo facultatem descendendi bonas artes. Habet a Deo quisque suam uocationē, suum munus, suum donum, contra quaē orare auxilium & præsidium Dei, ut pium non est, ita quoque frustra & temere sit.

Simile.

1. Corinth. 7.

2. Timo. 1.

*Responsio ad
calumnias*

Latomi.

Subiçis hic argumentum ab Ethniciis, & eodem paralogismo illud colligis, quo priora. Multos, inquis, Ethnicos homines pure & caste uixisse legimus, quid nos quī Christo initati sumus? an molliores erimus? Post hāc rhetoricas de cruce Christi omnibus discipulis eius serenda, de mortificatione carnis, de cōtemptu mundi, deīns, qui regnum coelorum uiri rapiunt, rogat, num tantum uerbo ista prædicentur, nec re ipsa præstanta sint?

Vbi queso mens tua tum era Latome, cum ista scriberes? Quid ita obliuisci potuisti eorum sacerdotum, quibus cum es conuersatus hactenus

hactenus, & quibus etiamnum es familiaris? Quomodo potuisti iudicium piorum, & cordatorum hominum tantopere contemnere? Ve Ethnici uera castitatem non ram castitatem nemo Ethnicorum unquam praestitit, multi autem nostrorum hominum praestiterunt, & hodie praestant. Cur sic agis in consyderate ergo, aduersariis in re tam graui? Non negamus, qd recte uelut intelligas, multos & hodie se posse propter regnum Dei castra reuidelicet, eos, quibus hoc datum est. Ut autem omnes hoc possint, quia Christus Dominus negauit, & nos negamus, non enim omnibus illud dare Christus uoluit: & ut res ipsa testatur, nullis minus, qd Nulli minus castiti quam sacri tuis sacrificiis. Non omnibus ergo, qui in hunc ordinem quoquis modu do ueniunt, coelibatus indicendus est, sicuti uos facitis.

Quod hoc loco præterea rhetoricas de cruce ferenda omnibus, qui volunt esse Christi discipuli, decarnis mortificatione, de contemptu mundi, de uia facienda regno cœlorum, uide quam imperite, & inesse pte id facias? Pertinent hæc omnia, Latome, ad quoslibet Christianos. Quisquis enim crucem suam in se non suscipit, & Christum sequitur, qui studet, is non potest eius esse discipulus. Qui secundum carnem uiuunt, & actiones corporis mortificare negligunt, in morte omnes herent. Qui mundū amant, in eis dilectio Parvus nō est. Nec quisq; res am iraque sequuntur, qui non uiolenter illud rapuerit. Situs gnum cœlorum assequetur, qui non uiolenter illud rapuerit. Situs Matth. 16. Rom. 8. Matib. 11. Star dicamus, uidelicet, ferri crucem Christi, Spíritu mortificari fas et carnis, contemni mundum, & regnum Dei uiolenter inuadis, cum abstinetur a coniugio: quem obsecro locum in regno Dei relinques mus parentibus nostris, & pījs omnibus maritis, ac uxoribus?

Crux, quam Dominus uult a suis omnibus tolerari, sunt adfligentes, & incommoda, quæ incident quotidiane propter observaciones, & incommoda, quæ incident quotidiane propter observationes, & incommoda, quæ incident quotidiane propter confessionem Euangelij, & studium instaurandi, & propagandi regnum Christi. Caro mortificanda nobis, est, tota scilicet natura uitiata, quæ propter corruptiā generationē semper est Deo rebellis. Inde uetus homo dicitur apud Paulum. Mundus nobis contemnendus, homines sunt non mundus quidam renati in uitam celestem, & cunctæ horum opes, potentia, putandi, & gloria. Est ea mortalium colluuius, apud quam obtinet cupiditas H in carnis

Vim regno
Dei facere
quid.

carnis, cupiditas oculorum, & fastus ex opibus: Hunc mundum si oportet fugere, & contemnere, ut praua eius studia non sequamur, & quaevis ab illo pati malimus, quam in gratiam eius, ulla parte ab officio discedere. Vis facienda regno Dei, non carni (licet & huic sua uis, & crux adserenda) est studium ardentius in regnum Dei, cum abruptis omnibus mundi & carnis uinculis, maximo conatu in illud inuadimus. De his autem rebus quanto magis erat necesse, ut ad tuos sacerdotes concionem faceres, qui nihil aduersi propter Christum & Euangeliū ferre uolunt: qui carni suæ, bone Deus, quantum indulgent: Mundi luxum, & opes, omnium maxime sectantur: & non modo uim nullam regno cœlorum inferunt, sed & omnem eius curam penitus abiiciunt.

Coniugium
sanctares.
Hebr. 12.
Galat. 5.

Coniugium in Domino initum, res sancta est, & regni cœlestis, in præsenti adhuc exilio militantis, non mundi, aut carnis. Τιμὴν γάμου καὶ τὸν ἀριστερὸν. Honestum est sanctis Dei, atque impollutum cubile. Mundi & carnis nihil est honestum, nihil impollutum. Manifesta sunt opera carnis, inquit Paulus, Adulterium, fornicatio, immunditia &c. quæ omnia, cedo, ubi Gentium, uel apud quod genus hominum uehementius, aut impunitus regnarunt, quā apud eos, quibusti patrocinaris? Sed redeamus ad institutum. forsan in eo pugnam remittes, ne contendas posse quoslibet, si Deum fideliter orient, legem de Cœlibatu perferre: concedes & inter eos, qui sacerdotio nunc recte funguntur, aut alioqui digni sunt, qui in ordinem sacerdotum recipientur, esse aliquos, quibus non sit data facultas extra coniugium caste uiuendi, & quia Deo hanc facultatem exorare non possunt: propterea, quod Dominus eos ad uitam, non cœlibem, sed coniugalem uocauit. Tuus sane Alphonsus id non negat, nec negare illud possunt, nisi qui decreuerunt contradicere, non modo scripturæ naturæ, uerum etiam iudicio. Notum est etiā illud Cypriani de dicatis Deo uirginibus cum ait: Si autem perseverare nolunt, uel non possunt, melius est ut nubant, quam ut in ignem dei litij suis cadant. Hac ergo de re minus, ut credo, pugnabis.

Cyprianus
Epist. 12. lib. 1.

Sed sequutus Alphonsum tuum, & alios defensores uitiatæ administrationis Ecclesiarum, dices, Non indicimus cœlibatum promiscue

misericordia omnibus, sed tantum ultra uolentibus: Ita decreuit Ecclesia: Responso ad ministros suos uult coelibes esse, non maritos; An non liceat Ecclesie illud, Nemo te quod cuique patrifamilias licet ut ministros deligat & assumat, quas fieri coelibem les ipse uelit neminem ad ministerium suum compellit inuitum: Coercoegit. libatum si præstare non possis, abstineas ab ordine sacerdotum, ad quem nemo te, nisi uelis ipse, coget. Postquam uero sacerdos factus, ultra coelitum subiisti, ferenda tibi lex est, quam ipse tibi imposuit. Nemo te, sacerdos ut fieres, adegit: sciebas quæ lex esset posita ordinis, quæ uitæ conditio. Si imprudens fecisti, da poenas imprudentiae, pugna quoad uiues cum libidine, laborabis cum Paulo, & alijs sanctis, & uinces cum eis. Fidelis est Deus, nec deserit eos, qui pendet ab ipso, qui tentationibus adflitti, ipsum inuocant: tu modo ne sis proditor tui ipsius, & arma cœlestia ne sponte proiicias. His sunt logi uestræ, hæc uestra bella sophismata.

Prætermitto hoc loco dicere, cuius hæc sint Ecclesiæ, nolle ferre ministros pie & honeste in matrimonio seruientes Ecclesiis, tolerare autem eos, quis corruptionibus, stupris, & adulterijs Ecclesiæ impurissime conspurcant, præsertim cum Apostolica Ecclesia maritos nominatim probet inter Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, Fornicatores autem, & adulteros ab omni Ecclesiæ communione rejecit. Item nolle soluere hoc laqueo coelibatus contra spiritus sancti doctrinam instituti & mandati, eos, qui per imprudentiam illo se impluerunt, ut Ecclesiis pure & fideliter ministrarent: soluere autem omnibus legibus, & Canonibus recte, pie & constitutis, eos, qui palam celebrare, & flagitiose uiuunt, & ira soluere, ne luuant constitutas poenas, deiectique sacerdotio desinat ex loco sacri ministerij Ecclesiæ prorsus euertere: Denique remittere hic implicatos ad implorandum auxilium Dei, cuius quidem rei nullam ipse promissionem exhibuit, uidelicet, ut liceat ihsus, quos ad hoc uitæ genus non uocauit esse absque coniuge: non uero ita urgere ad petendam opem Dei, tam clare promissam, quo uitentur a uiris supra & adulteria. Hæc, inquit, in presentiarum non excusat illud autem demonstrabo, hanc uestram pro qua deceras legem, manifesto pugnare cum uniuersis oraculis, & præceptis Dei, que tum de coelibatu, & coniugio, tum de puritate, & sanctimo

Papa pios missus
ritos non fert,
impios scortatores tolerat.

nia facili

nia sacri ministerij in diuinis literis extant. Idq; ex ijs potissimum locis planum faciam, quæ tu ex Paulo pro tua illa lege comprobanda adduxisti. Ex quo cum illud per se liquebit, illam uestram legem de coelibatu sacerdotum cuiusuis esse potius, quam Ecclesiæ Christi. Tu enim adductis aliquot locis ex priore ad Corinth, cap. vii. tum ex ijs. & v. ad Timotheum, demonstrasse tibi uideris, Paulum non nisi infirmis concedere nuptias, & ad coelibatum uocare omnes: postea, tanquam re pulchre confecta, & quasi magnum aliquod aut illustre Christianæ uitæ specimen tu cum grege tuo dedisses, insultas nostræ infirmitati, & acerbe illudis. Vides, inquis, Bucere, quid uelit Paulus, quanto studio coelibatum efferat, & commendet omnibus: quanta contatione nuptias non nisi infirmis concedat? Quid ergo: num infirmi sunt omnes Euangelici, adsertores religionis, uindices Ecclesiæ, ueteris disciplinæ instauratores? Agnoscis tua uerba.

Sed enī Latome, scimus & nos, & gratia beneficioq; Domini, nō paulo melius quam uos, quia saepius & legimus, & excutimus, quid Paulus, quid spiritus sanctus per Paulum coelibatu tribuit, quid coniugio, tum quibus utrumque uel suadet, uel dissuadet, & quam congruere cum sanctitate sacri ministerij, uel non congruere iudicat.

Primum igitur examinemus, quæ hac de re scripsit ad Corinthios; deinde & quæ ad Timotheum. Interim dicetur & de nostra infirmitate, & uestra firmitate ac robore in refrenanda carne.

Locus expositus. 1. Cor. 7. Ea uero quæ scripsit Corinthijs, paulo dilucidiora essent, si quæ stiones Corinthiorum ad quas Apostolus respondit, nobis extaret, quanquam cum certum sit, Apostolum ad ea Corinthijs fideliter, & accurate rescripsisse, de quibus illi sententiam eius rogauerant, non obscure liquet ex eius responsione, Corinthios rogasse, num in coelibus se possent approbare Deo hi, qui sunt ad coniugium natura nō inepti: Ad hoc enim appetit eum in omnibus, quæ de coelibatu & coniugio disputat, respexisse. Nam sic exorditur.

De quibus ad me scripsistis, bonum est homini mulierem non attingere, & mox, Volo oēs esse ut & ipse sum. Itē, dico autē inconiugatis & uīdūis, Bonum eis est, si manferint ut & ego. Et rursus, De uirginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium tamen

do, tan-

do, tanquam misericordiam consecutus a Domino, in hoc ut sim fidelis. Arbitror igitur hoc bonum esse, propter præsentem necessitatem. Nam bonum est homini sic esse. Ac iterum. Itaque qui elocat nuptum, bene facit: attamen qui non elocat, melius facit. Postremo, Quod si dormierit maritus illius, libera est ad nubendum cui uelit, modo in Domino: attamen beatior est, si sic maneat iuxta meam sententiam. Existimo autem quod & ipse spiritum Dei habeam.

Ex tam accurata igitur, & copiosa adsertione huius sententiae, bonum esse in connubium initio non uenire, tum illud, si quis eo foliatus sit, non repetere, satis appareat, suisse apud Corinthios, qui dubitarent, an gratum Deus haberet, si matrimonium non contraherent qui natura essent ad illud idonei. Cum ergo uideret, apud illos adhuc ignorari cœlibatus bona, & illud Domini uerbum, quosdam castrare se proper regnum Dei, nondum apud eos habere locum fastis dignum: explicat more suo tam diligenter, tamq; multis, quid conmodi sit in uita coelibe Christianis propositum. Acer enim & uehementis incumbit in omne id quod adserendum, & vindicandum suscepit.

At uero cum non ignoraret, innatam hominibus & arrogantiā, & superstitionem, qua solent ad ea mox aspirare, quæ uident haberi eximia & ardua, & quæ cōmunem mortalium sortem & facultatem exuperant: ne quis ex ijs, quæ de cœlibatu predicatorat, occasionem fumeret aliquid audendi supra uocationem suam, incitatus naturæ uitæ Cautiones cœtiatæ confidentia, & præ postera religionis affectatione, laudes cœlicœ libatus quinq; batus singulare cautione, quinque moderatus est.

Cum enim dixisset initio, Bonum est homini non attingere manus Cautio prima lierem: statim subiecit, Propter fornicationem autem unusquisque suam habeat uxorem, & unaquæque virum suum. Hic appello conscientias eorum, qui Christum Dominum uere expertunt seruatorem, & metuunt iudicem: non etiam eorum, qui nihil pensi habent, neq; solliciti sunt, modo præsentem statu tueri possint, uidelicet has, quibus nunc fruuntur opes, hanc, qua sibi tantopere placet pompam, istas, in quibus helluentur delicias: eos inquam appello, qui Euangeliō & scriptis Apostolicis ueram fidem habent, hos rogo & oro perpendant,

quare spiritus sanctus illico postquam dixisset, Bonū est mulierem non tangere, adiecerit: Propter fornicationem autem quisque suam habeat uxorem, unaquæque habeat suum maritum. Quare dixit, ut nū quisque, unaquæque: & Habeat: Cur non potius dixit, ut tu Late me dicis, & tui similes coelibatus defensores, quibus admodū esset optandum, ut uos in castitate coniugali continuissetis. Qui non tollit crucem suam & sequitur me, non potest meus esse discipulus, Regnum cœlorū uim partitur, & Si secundū carnē uixeritis, moriemini.

*Matth. 16.
Matth. 11.
Rom. 9.*

Sed Spiritus sanctus qui hominem finxit, & dona sua dispersit pro suo, non nostro arbitratu, nouit se quibusdam dare, ut in coniugio non modo caste, sed etiam ad salutem Ecclesie suæ uiuant, extra coniugium minime. Hos itaque iubet simpliciter complecti cōubium, nec uota, nec conditionē Sacerdotij, excipit. Vnusquisque enim, & unaquæque, omnem exceptionem submovent: neq; licet humana uota, uel precepta, diuinis editis atferre. Etenim Spiritus sanctus qui sibi contradicere nō potest, de his omnibus, qui ad coelibatū diuinitus uocati nō sunt, quorum īfinito maior est multitudo, quam eorum, quos coelibatui Deus designauit, ante per Mosen pronunciauerat. Non esse bonum uiro, soli esse. Quod & de muliere, ipso facto testatus est, cōditam enim uiro mox cōiunxit. Ergo quod dixit, Bonum esse mulierem non tangere, dixit de uniuersa hominum conditione, qua ad uitā conditi sumus cœlestē, uitam īq; liberā & solitā, nō tantum curis matrimonij, sed omnibus præuentis seculi negotijs: non uero de conditione singulorum in hac uitā, qua regno Christi quisque seruire debet, alius in coniugio, alius in coelibatu.

Quomodo bonum mulierē non tangere.

Philippen. 1.

Ita igitur bonum dixit hoc loco Spiritus sanctus, mulierem non attingere, sicut dixit solui uinculis huius uitæ, & cum Christo uersari multo melius esse, quam hic uiuere. Cū enim homo ad cœlestem uitā factus primū sit, deinde renatus, certo bonū illi esse recte dicitur, uitā hanc quamprimum cœlesti commutare; sed tamen nemo Sanctorum ideo sibi manus ipse uoleat adferre, ut ad Christū statim euolet. In statione enī nostra nobis perstandū est, donec euocet Imperator. Ita quanquam simpliciter coelibem & cœlestem uitā agere omnibus præstaret: uidendum tamen est, ad quam uitæ conditionem, dum in hoc se

hoc seculo agimus quemque uocarit Creator noster & Dominus totius uitæ nostræ. Et si per imprudentiam quis alium uitæ statum sit ingressus, quam qui uocationi suæ conueniat, tamen ad eum cuiusque quem Dominus proposuit, mox ut errorem agnouit, recurrens dum est. Ad uitæ coelestem, in qua nullus est usus nuptiarum, ut nec cibi aut potus, ingemiscere semper, & expedire nos, quo ad licet debe mus: & quo propius ad huius uitæ rationem accesserimus, eo uiues beatiores. Hæc autem ad uitæ coelestem accessio, & propinquitas, non in sola abstinentia uxoris: nec ea abstinentia cuique a Domino deputata est, itaque non quem liber ad usum uitæ coelestis promouet, ut antea dictum & probatum est.

Vt ergo Spiritus sanctus in Paulo consentanea prioris sue de humano genere sententiae doceret: inconsultæ confidentiæ, & superstitioni hominum occurreret, cum dixisset, Bonum est mulierem non attingere, hoc graue præceptum adiunxit. Propter fornicationem autem uitandam, unusquisque uxorem suam habeat, unaquæque suum maritum: quo certe præcepto tenentur, quicunque uruntur, ac ideo in discrimine uersantur fornicationis, quicunque scilicet sentiunt se uocatos a Domino ad coniugium, non ad uitam coelibem. Hęc ergo

Prima laudati coelibatus, adiecta ab Apostolo cautio est.

Alteram subiunxit, cū posuisset, Volo omnes esse ut & ipse sum: Sed unusquisque habet donum proprium, iste quidem sic, aliis autem sic. Cur hic Latome uel sacerdotes, uel eas quæcumq; etiam se coelibatui addicere solebant, uidentur non horratus est Apostolus, ut se in coelibatu lequerentur: Dominum non defuturum orantibus dominum huius rei: cur carnem mortificandam, vim naturæ faciendam, crucem perforandam esse non inculcauit? Erant certe hæc omnia multo compertiora Paulo, quam uel tibi Latome, uel mihi, ipso etiam usu, & in mente eius nunquam non uersabantur. At Spiritus Domini nihil tale: sed hoc dixit: Vnusquisque habet donum proprium ex Deo, iste quidem sic, aliis autem sic. Sed aduersatua particula est, infringit uotum respiciens ad uniuersam conditionem hominis ad id conditi, ut aliquando sit & uiuat sicut Angeli Dei. Vide ergo hoc in loco Latome, Primum, etiam in matrimonio uiuere Christum esse

Iij ex Deo

ex Deo. Deinde ex eo quod unusquisque habet donum proprium ex Deo, alius quidem sic, alius uero sic, recte concludi, quosdam donum ex Deo, ut extra matrimonium sancte uiuant, non habere. His iam tu quid facias homo? Tu ne his dabis donū hoc, quod Deus non dedit: Istud si non potes, quare uis eos, qui dono hoc destituti sunt, aliter manere, quam Paulus, imo spiritus sanctus uoluit. Voto enim illi, Volo omnes homines esse ut me ipsum, statim subiunxit, quo id uotum suum moderatus est. Sed quisque donum proprium habet, iste quidem sic, ille sic; clarissime significans, non optare se, ut sint sicut ipse, nisi qui donum habeant, quod ipse. Hęc de secunda cautione.

Cauio tercia.

Iam confyderā & tertiam moderationem, seu cautionem Apostoli, quam huic suo dicto, Liberis adhuc coniugio & uiduis dico, bonum eis est, si sic maneant, subiecit: Si uero, inquit, non continent, nuptias contrahant. Melius enim est iungi matrimonio, quam uiri.

Hic iterum uides, quosdam esse, qui se non continent, quos tamē author castitatis spiritus sanctus, non hortatur ad uitam faciendam naturae, non ad quāerendum precibus donum cōtinentiae extra conubium, sed sine omni exceptione, uel uoti, uel muneris, iuber coniugium suscipere. Iungantur, inquit, matrimonio.

Vides item, esse, qui uruntur, quos multo sit melius ad nuptias uenire, quam uiri. Hic rursus nullum melius remedium ustionis obtulit spiritus sanctus doctor ueritatis, quo nemo potest, uel certius, uel plenius docere ea quae nobis & sancta sunt, & salubria, & necessaria. Hoc igitur, quod spiritus sanctus hic pronūciauit melius esse, nemo faciet deterius, nec illa uestra quamlibet antiqua, & late uulga ta constitutione; nec quantumuis religioso & solenni uoto.

Cauio quarta

Inspice nunc & quartam cautionem. Cum scripsisset Apostolus, Volo uos absq; sollicitudine esse, & subiunxisse, eos qui soluti sunt coniugio, curare quae Domini sunt, ut placeant Domino, & sint sancti corpore, et spiritu. Coniuges autem ea curare quae mundi sunt, & quomodo placere possint alteri alteri, mox adiecit, ne cui haec coelibatus commendatio caussam præberet periculi. Hoc uero, inquit, ad uestram utilitatem dico, non ut cuiq; laqueum iniiciam, sed eo solum

Qibuscā coelibatus laqueo est.

solum, quod pulchrum sit, & hoc conferat, ut aliquis assiduus ac
indivulse Domino adhæreat. Et hæc Pauli uerba, quæso, confys-
deres Latome, & uide an non ex ijs uere, & certo concludatur, esse
quosdam, quibus ipse cœlibatus, non solum nihil confert ad id, ut
Domino semper & citra impedimentum inseruant, sed potius la-
queū iniçiat, quo uincti, & irreuit Satanæ se tradant, quo & in nefari
am uitæ spurcitem eos pertrahat, & amore omni, studioq; Dei ua-
cuer, & a societate regni Dei prorsus excludat. Habet enim quisque,
ut supra dixit, suum proprium donum, hic quidem ad matrimoniz
um, alius autem ad cœlibatū. Qui præter hoc aliquid audet, is Dos-
mini se præsidio subducit, & Satanæ insidijs, & ui se sponte obiçit.

Postremo, quanquam hæc, quas diximus, cautiones & moderati-
ones laudati cœlibatus, præsertim adeo plenæ, & accuratæ sufficiens
bant abunde, tamen quoniam Apostolus cōmendationem uitæ cœ-
libis adhuc aliquot uerbis prosequi uoluit, operè pretiū esse iudicauit
& his admonitionem suam de sanctitate matrimonij adiungere. Si
quis, inquit, indecorum uirgini suæ putat, præterire nubendi tem-
pus, & sic debet fieri, quod uult faciat, non peccat, iungatur matris
monio. Item, Qui elocat nuptum, bene facit. Item, Si dormierit ma-
ritus illius, libera est, ad nubendum cui uelit, modo in Domīno.

Cautio quinta

Adiecit de uirgine quidem, Qui non elocat nuptum, melius fa-
cit. Et de uidua, Attamen beator est, si sic maneat iuxta meam sen-
tiā. Sed cur facit, non elocans uirginem suam, melius? & cur est solu-
ta matrimonio beator, si uidua perseveret, quam si rursus nubat?
Quia, dices, diuinioribus rebus liberius incumbere potest, & uirgo,
& uidua, & ad uitam futuram esse expeditior, quam quæ nuptæ sunt. Nō uocatæ ad
Recte, siquidem in hanc uitæ conditionem uocatæ sint. Sin minus, cœlib. uirgines
tam profecto abest, sicut iam demonstratum est, innuptas diuinioris & uidue ma-
tibus rebus magis esse deditas, & ad uitam æternam expeditiores, ut gis terrenæ et
etiam rebus profanis, & carnis mundi, turpius seruant, & in im- carnales eu-
puram huius seculi uitam sele profundius immergant.

dunt.

Propterea dixit antea de uolente uirginem suam tradere nuptui,
Et sic debet fieri; & de uolente seruare uirginem, Nō habens necessi-

I iii tatem

tatem, habens uero propriæ uoluntatis potestatem, indubie, quia ~~fl~~
 Vnde potestas gula tam uirgines quam uiduae, donum suum proprium habent, ut
 reuenditum teruiant Domino, aliae matrimonio solutæ, aliae autem in matrimo-
 nio, aut ne- nio. Quæ ergo donum habent coniugij, eæ debent matrimonio ius-
 cæstas tradendi, idque lege, & uocatione Dei, cui ut impie, sic & infeliciter audet op-
 ponere se, contraque nitit omnis humana præsumptio.

Quibus igitur harum est demandata cura, siue parentes illi sint,
 siue qui uis alii, hic certe facultatem non habent, ut innuptas asseruent,
 sed necessitas eis incumbit, ut in coniugium tradant. Ad has enim
 pertinet. Et debet sic fieri. His enim uel parentes, uel quicunque tandem
 alii præfunt, nullam in eas, nisi ad salutem earum, potestatem habere
 possunt. Cū ergo talibus in laqueum perditionis, non in adiumentū
 uitæ coelestis ualeat coelibatus, potestas seruandi illas innuptas adeo
 nulla uel parentibus, uel, curatoribus earū ullis esse potest, ut etiam
 omnino debeat eas nuptui dare. facturi aliqui non bene, si
 eiusmodi, siue uirgines, siue uiduas, non elocent: nam hoc ipso mī-
 seras, & perditas reddent, non beatores, ut in tot hodie cœno-
 bijs conspicitur. Etenim cum eiusmodi donū, & uocationem ad uita-
 tam pure coelibem transigendam non habent, tantum abest ut cum
 ad coelibatum adiunguntur, relictis negotiis, & delitiis mundi solum
 adhærent Deo, seque totas tradant & corporis, & animæ sanctifica-
 tioni, ut ex Ihs Nō paucæ, quibus id modo uel per homines, uel op-
 portunitatē loci conceditur, abiecto simul cum cura rerū coelestium,
 omni quoque pudore, lupæ fiant impurissimæ. Quam quidem tur-
 pitudinem & spurcitatem, Deus bone, quam multis in locis, cū summo
 Christiane Reipub. dedecore conspicimus.

Audax & ira- Episcopus Vintoniensis Anglus, qui legatum sui regis agebat in
 religiosa illu- postremis comitijs Ratisbonæ, homo multorum iudicio peracutus,
 stio uerbi Dei cōtendebat, ex hoc loco Pauli: Si quis firmus in corde suo constituit
 facta ab Epis- & decreuit seruare uirginem suam, bene facit, Regi suo licere, ut sacer-
 copo Vintoni- dotes proposita poena capit, ad uitam coelibem adigeret. Dicebat
 ensi Anglo. enim: Regi, patri patriæ, hac in re non posse minus esse iuris in suum
 populum, quā sit patribus, & ciuibus priuatis in liberos cuique suos.
 Cumque monerem illum, ut & ea, quæ Apostolus illis uerbis, quæ
 citabat

citabat interpoluisset media consideraret; Non habens necessitatem potestatem uero habet uoluntatis suæ, Quibus uerbis dicebā Paus lum moderatum potestatem patrīam, & clare significasse, cum Pa tres idcirco potestatem habeant in liberos suos, ut salutem illorum non lœdant, sed modis omnibus procurent, ijs qui habent uirgines non uocatas diuinitus ad coelibatum, non esse potestatem illas ser uandi, sed necessitatem incūbere potius eas elocandi: Tum ille respondebat, potestarem, de qua loquitur hic Paulus referri ad facultates rei familiaris, ac si Apostolus uoluisset dicere, Si quis non patetur necessitatem elocandi uirginem suam propter rei familiaris tenu itatem, sed habet potestatem uoluntatis suæ, id est, tantas opes, ut ale re uirginem suam ipse possit. Quasi uero potestatem elocandi filias, angustia patrimonij non sæpius adimiat, quam ad elocandum im pellat, aut quasi Paulus in modo facultatum posuisset, uirgines uel elocandi necessitatem, uel non elocandi potestatem. Sic sapiunt inge niosi, & docti alioqui uiri, cum uolūt sapere contra Dominum. Sed ad rem.

Ex his quinque cautionibus Apostoli, quas spiritus sanctus, uer us & unicus doct*or*, singulas singulis commendationibus cœlibaz Epilogus eork tus mox tam religiose subiecit, omnibus qui Christi doctrinam a*z* que spiritus gnoscent, plane perspicuum est, Paulum, imo spiritum sanctum per sanctus docuit Paulum, toto hoc loco clarissime docere, quamplurimos a Deo si de Cœnigio & factos & uocatos esse, ut, quanquā in uniuersum omnibus hominiz cœlibatu bus bonum & optabile sit, eam uitam ingredi & suscipere, ad quam 1. Corinth. 7. facti, & Christi sanguine renati sumus, uidelicet, uitam Angelorum, connubijz experte, ipsis tamen bonum sit habere coniugem in Do mino, quandiu uocatio ad matrimonium in eis obtinet; & abstinere coniugio bonum non sit; & idcirco debere eos ex indubitate Dei præcepto, & uocatione matrimonio iungi, sic ut suam quilibet uxo rem habeat, & suum unaquæque maritum, idque propter uitandam fornicationem, quam alioqui, uitare non possint, quantumuis Dei Dei præsidū audiat orantes contra suam uocationem & dona, quæ sola bono esse turcōtra ipse nobis possunt. Itaque necesse est, eiusmodi omneis, cum abstinenda uocatione. nuptijs

nuptijs, uri, neque continenter uiuere : tantum abest, ut relictis curis & negotijs mundi, curen^t quæ Dei sunt, & sanctificationi suis deant, ut etiam laqueum sibi ipsis induant, quo^r Satan^s in quævis probra, & flagitia ipsos pertrahat, & astringat. Et idcirco, quantumvis

Non licet ul- magnam in illos potestatem habeat Pontifices, Reges, Patres, aut e^t tiam omnes mortales, non tamen licet eis coniugium interdicere, **lum genus ho-** minum à coniugio arcere. (uerbo enim Dei cedere omnia humana decreta & placita debent) sed necessitas omnibus incumbit, si modo Diuinam Majestatem uiolare nolint, ut qui possunt ad id aliquid conferre, tales adiuuent, quo possint in Domino matrimonium colere. Sic enim fieri debet, & nisi faciant, non modo non beatiores reddent eos, uerum etiam misere perdent, & se grauissimo scandalo deuincient.

Vides Latome, quid doctrina Pauli in se continet, quam de coelibatu, & coniugio perscripsit ad Corinthios, in qua uos adsertores coelibatus nostri (uobis enim nunquam expetiuitis illum) incubere soletis, & niti cū primis. Vides hac ipsa Pauli doctrina, legem quam suscepisti defendendam, plane subuerti, & corruere. Illa enim coelibatus necessitatem indicit promiscue omnibus, qui in sacerdotio uel sunt, uel esse uolunt. Apostolus autem, imo spiritus sanctus per Apostolum studiose quidem prædicat, quæ bona coelibatus habent, uocatione Domini susceptus, & quantopere ille omnibus ostendus sit. At non solū nulli hominum ordini, nulli conditioni, quo uis etiam uel uoto, uel hominum constitutione receptæ, cum imponit, uerum etiam ad singula coelibatus preconia, subiungit accuratas admonitiones, & religiosas cautions, ut quisque uideat, quod ipsi donum diuinitus obtigerit, ne dum præter iussum, & uocationem Dei conatur expeditiorem se facere ad coelestia, laqueum ipse sibi iniicit, quo constrictus in ea flagitia præcipitur & incidat, propter quæ sanctorū communione omni, & regno colesti prorsus excidat. **Iudicium coelibatus non pertinet ad Pont.** Vides deniq^{ue} Apostolum, huius doni, & uocationis iudicium non sed ad singulo tuus fecit, sed id uniuscuiusq^{ue} propriæ conscientiae liberū relinqueret. Tu iam quid inde consequatur, ipse iudica. Nec enim ita uel rū conscientia, candoris

tandoris omnis, uel etiam dialectices oblitus es, ut non sis agnitus
 ista prorsus inter se pugnare, mutuoque se perire. Primum, matris
 monium ijs hominibus, qui se sentiunt ubi, omnibus esse inendum,
 id quod Spiritus sanct. pronunciat: Et quibusdam hominibus non esse
 inendum, quod Latomus placitum, & lex assuerant. Deinde non so-
 lum hortari, uerum etiam uia ad coelibatum cogere certum quoddam,
 & infinitum genus hominum, quo nullum in orbe sit a uera castitate
 alienius; & iubere molestiam unctionis oratione depellere eos, quibus
 nemo minus nouit, quid sit orare Deum quod uos facitis. Et cons-
 iugium non tantum relinquere omnibus illud appetentibus libes-
 rum, sed toties, & tam religiose etiam monere, ne quis, illud repus-
 diando, aliquid ultra donum sibi collatum audeat, & laqueum pers-
 editionis ipse sibi iniiciat, nulla interim uel uerbo facta mentione, de
 remedio precum aduersus hoc periculum: quod facit Spiritus sanctus.
 Denique iudicium, de eo quod quisque doni a Deo acceperit, si-
 ue coniugij, siue coelibatus deferre unus cuiusque propriae conscientiae,
 id quod ad ueram uitam puritatem conseruandam uisum utilius est
 spiritui sancto: Et iudicium hoc tradere in manus eorum, quibus ris-
 diculum esse uidetur ob ullum flagitiū religione obstringi, & qui ex
 conscientiarum periculis questum facere consueuerunt.

Sed enim in his, quae praecipit Deus haerendum est, & uita potius
 amittenda, quam eius mandata deferenda: coelum namque & terra ces-
 dant his oportet, non haec illis. Lex igitur tua, non lex, & aperte ad-
 ueraria legi diuinae constitutio, tam nihil habet patrocinij, & adiutorii
 menti ex his praecipientibus Dei, quemadmodum D. Paulus de coniugio, & coelibatu-
 protulit, ut etiam his ipsis omnino corruat, & euertatur.

Ne uero dicas Apostolum hoc loco de uulgaribus hominibus. Occupatio de
 disputasse, non etiam de sacerdotibus, consideremus & ea loca, in quibus ministris.
 bus nominatim de sanctitate, & praestantia praecipit ministerium Ecclie,
 clesie, et quod de coniugij, et sacri ministerij inter se societate, aut dissidio,
 praecipit. Quaque haec est infanda profecto contumelia Spiritus sancti,
 tantum ei uidelicet in praecipiido tribuere negligentiam, ut cum iuberet
 unumquemque suam habere uxorem, & unquamque suum maritum
 fornicationis uitande causa, non exciperet sacerdotes, si putasset, aut
 sensisset.

sensisset eos ista generali sua iussione non teneri: nec uspīam in tota
hac tam accurata, & copiosa disputatione uel uerbo meminisset res
mediij, quod uos ijs qui uruntur offertis, uidelicet precationis prodo
no cōlibatus.

Verum ea sane loca uideamus, quibus ex professo de castitate
sacerdotum Apostolus p̄cepta Dei explicat. Quæ sane loca, pro
te nequaquam adduxisse, cum adeo clare contra te faciant, nisi
perniciosa ista, qua teneris, & qua contra Christi regnum incitaris,
tentatio, et tibi prorsus eripuisset.

1. Tim. 3.

Tit. 1.

Spiritus san-

Ad Timorheum ergo sic scriptum Apostolus reliquit: Oportet
igitur Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris maritum.
Diaconi sint unius uxoris mariti, qui liberis recte p̄fiant. Et ad Ti-
tum: Huius rei gratiae reliqui in Creta, ut quæ defuncti perficias, &
constituas per oppida Presbyteros, quemadmodū tibi ordinauerā.
Si quis est inculpatus, unius uxoris uir, liberos habens fideles &c.

ctus p̄cipit His locis p̄cipit spiritus sanctus de diligendis in sacrum mini-
sterium Episcopis, Presbyteris, Diaconis: & de omni uirtute, quæ
de maritis, nil huic ordini potest ornamento esse, & cōducere ad hoc, ut qui sunt
de cōlibibus. in hunc ordinem dele eti, munus suum fōliciter & sancte p̄fstant Ec-
clesiis Dei: & tñ in Catalogo p̄stantissimarū uirtutum ac donorū
Dei, primo loco statim post illud generale, irreprehensibilem esse,
& inculpatum, subiungit hoc, Vnius uxoris uirum: Cōlibis autem
uitæ, ne uerbo quidem meminit. At qui sanctitatem Ecclesiastici min-
isterij, nemo magis requiri, & quæ conserunt ad eam nemo uel
melius nouisse, uel p̄cipere diligentius potest hoc uno uero magi-
stro. Quā igitur Latome caussam esse dices, cur spiritus sanctus hoc
ipso loco, ubi de sanctimonia ministrorum nominatim & tam accu-
rate copioseq̄ p̄cepit, nullum de cōlibatu uerbum, tam multa ue-
ro de maritis fecerit? Certe non erat immemor eorum, quæ de cōlibi-
atu p̄dicauit in Epistola ad Corinthios, eum uidelicet huc con-
ferre, ut homines omni solitudine profana soluti, tantum ea curent
quæ sunt Dñi, & Dño prorsus adhærent: Sed nec quicquam eorū,
quæ sancto Ministerio uel adiumento, uel ornamento esse possunt,
p̄terire uoluit; insituens p̄cipuos suos discipulos, & germanos
filios,

filios, de uniuersa Ecclesiarum procuratione. Quam igitur, quæ so-
nontu modo, sed etiam illi qui in sacris literis apud uos putantur
esse magnopere uersati, & uerluti, cauissam afferent, cur Spiritus san-
ctus in suo Principe Canone de omni sanctitate & præstantia minis-
trorum, ita de maritis præceperit, qualitatum mariti debeant ad
hoc munus assumi; de ijs autem, qui cœlibes uiuant, non uerbulum
quidem adiecerit? Voluit ne cœlibes in hunc ordinem non debere,
uocari? can castratos propter regnum Dei, qui a curis mundi sunt libe-
riores quam mariti, reiecit ab administratione regni Dei? Hoc non
dicimus. At quia legem, & generalem Canonem toti ordinii curatos
rum Ecclesiæ Spiritus sanctus hic tradere uoluit, id quod est boni le-
gislatoris obseruauit, qui nō τὸ ἄπαντα διέτη, ἀλλὰ τὸ ὕστερον τὸ πλέον
Ἄριθμον. Nā ad ea, quæ frequenter eveniunt & facile, potius debet ac-
commodari Ius, q̄a de ea, quæ rarius, adeoque difficilius contingunt.
Agnoscis hic sententiam Celsi, imo Principum iureconsultorū Pla-
tonis, & Aristotelis. Cum igitur exiguus admodum sit numerus eos-
rum, qui cœlibes uiuant propter regnum cœlorum: singulis ues-
tro Ecclesiis opus sit, ut suos curatores & Episcopos habeant, & hos
inculpatos, ac nulli iustæ populi reprehensioni obnoxios: idcirco
eam sancti moniam in his requirere Spiritus Domini uoluit, quam
decreuit dare pījs omnibus, non quam largiri paucis uoluit: quo ni-
mīrum facile inuenire liceret, qui Ecclesiæ recte & salutariter pros-
curarent.

Hanc cauissam etiam Diuus Chrysostomus reddidit. Ad illud es-
timonium, Oportet eum etiam bonum testimonium habere ab ijs qui fo-
ris sunt, ne in probrum incidat, & laqueum calumniatoris, ita subies-
cit. Alioqui enim probra ab illis sustineret: propter hoc etiam dixit,
Vnius uxoris uirum: quāquam dixerit alibi, Volo omnes esse sicut
& meipsum, puta, in continentia. Ne scilicet hanc functionem in ar-
etum contrahereret, si exactissimam uirtutem postulareret: propter hoc
moderata uitritum requisuit. Oportet enim per singulas ciuitates
constitueret, qui præsentet. Audi namque ipsum scribentem Tito, Ut con-
stitueret oppidatim Presbyteros, sicut ordinauit tibi. Hæc ille. Eas
dem leguntur in scholijs Græcis, in hunc locum.

Chrysostomus

1. Tim. 3.

K ii Deinde

Deinde, ut aliquis Ecclesiæ bene præsit, non parum confert, habere usum aliquem gubernandi homines, atq; instituendi, usum p;g, & prudentis œconomia, quem usum habent omnes boni Patres familias, coelibes plerumq; non habent. Hac ergo de causa Spiritus sanctus in delectu ministrorum maritos posuit, non coelibes, quod illi ad formandum & instituendum homines, fere magis quam hi sint unius uxoris viri, subiunxit. Liberos habens fideles, nō obnoxios crimini luxus, non intractabiles. Et ad Timotheum inter reliquas facultates boni Episcopi posuit, Qui domui suæ bene præsit, qui liberos habeat in subiectione, cum omni honestate. Si quis vero propriæ domini præesse non nouit, quomodo Ecclesiam Dei curabit?

Sed quicquid tandem probetur & videatur tibi de his causis: ob q;s Apostolus inter uirtutes ministrorum Ecclesiæ primo loco posuit, esse maritum unius uxoris, non coelibem: quas causas, nullo negotio possim approbare omnibus, qui pia & reuerenter ista secum expenderint; illud tamen insiciari non poteris, ex hoc loco Pauli inducitur. Matrim. non bitanter concludi, matrimonium adeo non esse indignum ordine, & est indignum saepe functione sacri ministerij, ut eam quoq; deceat, eique recte obeundæ cro ministerio sit utile. Nihil enim hoc loco Spiritus sanctus indulgentiae, nihil imponit perfectionis aut infirmitatis commemorat, sed ea tantum que uirtutes haberit debent, & eximiae quidem: quaeq; singularia sacri ministerij, cum adiumenta, tum ornamenta sunt, recitauit. Liquidum igitur fit & ex hoc loco, quod maritos arcere a sacerdotio, uel deicere, temeritas iure dici debet & audacia, quæ Antichristi, non Christi spiritum authorem habet.

De digamis.

Tu autem ad eorum opinionem respexisse uideris, qui uolunt ideo quod positum est, unius uxoris viri, esse rejectos a sacro ministerio illos, qui alteram uxorem duxissent, etiam priore mortua. Nam hos uocatis digamos, uerum contra & usum omnem linguae grecæ, & scripturam, & uetus Canones. Nemo enim maritus, mortuæ mulieris dici potest, eo quod mors uinculum matrimonij soluat, & nuptiae sint huius, non futuri seculi, ut Dominus ipse, & Apostolus aperte dicunt; quo circa qui unitantum uxori uiuenti hic legitimate consunctus

Luc. 20.

Rom. 7.

1. Corinth. 7.

Iunctus est, is unius uxoris uir recte dicitur, etiam si alteram habuerit
prius, quae modo defuncta sit.

Secundis implicitis nuptijs, hoc est *λευτρός γάμος* Sancti Patres
addixere publicæ penitentiae, & uetererunt presbyterū interesse con-
uiuio nuptiali *λευτρών*, ne uideretur eas approbare, uel conces-
dere, de quo lege Canonem Concilij Neocæfariensis tertium, & septi-
mum, & Lao diceni primum. Si ergo digami sunt, & non uiri unius
uxoris, qui prioribus coniugijs alterius coniugis morte solutis, altera-
contraxerunt, sequitur ex eo sanctos Patres ad poenitentiam agendā *Absurdum*
hos adegitse, & benedictione Ecclesiæ multas: quod nefas est de
sanctis, illis patribus cogitare. Sciebat enim nuptias repetere, prioris
bus coniugibus uita defunctis, non solū non esse delictū, sed etiam a
Spiritū sancto mandatum esse. De uiduis enim dixit: Si non conti-
nent, jungantur matrimonio. Et, *Volo iuniores uiduas nubere,*

Eum igitur Spiritus sanctus hic uocauit maritum unius uxoris, *Quis unius u-*
ut D. Chrysostomus, & alij uetusī Patres hunc locum interpretati *xoris uir.*
sunt, qui unam tantum uxorem habet, nō cum uxore concubinam, *Chrysostomus*
nec repudiata priore duxerit alteram. Licebat enim Iudeis (hæc
Chrysostomus) & alteris nuptijs copulari, & duas simul habere
uxores, id est, *καὶ λευτρός διπλός γάμος, καὶ δύο ἕχει κατὰ ταῦτα γνῶναι.*
Ita quoque concessum erat Iudeis repudiata uxore ducere alteram.
Quoniam autem utrumque reprehensionem habebat, & ministros
Ecclesiarum decet nulli prorsus iustæ reprehensioni esse obnoxios,
recte statuit Spiritus sanctus, ut hi ab utroque uitio alieni essent.

Hoc loco purgare me oportet crimen falsi, cuius me insimularūt
circum hunc locum aduersarij Colonienses, qui tamen hoc ipso misera, *Colonienses*
& sane turpissima Sophistica, se ipsos fecerūt Chrysostomi fallarios. *Chrysost. sen-*
Quod enim D. Chrysostomus geminatione uerborum, sententia ta *tentiam lace-*
men unum idemque dixit: Iudeis concessum fuisse alteris nuptijs co-
pulari, & duas simul habere uxores, id doctores Colonienses in du-
as sententias distraheunt, & contendunt illud prius, uidelicet, alteris co-
pulari nuptijs, ita intelligendum esse, ut idem sit, quod soluto per mor-
tem priore coniugio, alterum: inire posterius autem, duas simul has
bere, de uera digamia, scribūt, n. Chrysostomū hic dicere, duo Iudeis

K iii licuisse

licuisse, matrimonium contrahere secundo, & duas si idem habere uxores, & utrumque Episcopo opposuisse, tanquam sit præter modum. Hæc sunt illorum uerba. Et quod ego copulari alteris nuptijs, & habere simul duas uxores, ut unam sententiam intellexi, & pro una adduxi, scripserunt illi acuti, & sœui doctores, me, si usquam alibi falsus fuerim, hic certe esse longe falsissimum, & nequissimum: nihil enim esse tam alienum a Chrysostomo, quam sententiam hanc quam impostor ego, & falsarius ei tribuam & affingam. Addunt nō potuisse aliud tam apertum, tamq; manifestum contra meam sententiam testimonium produci. Audis magniloquos & sœuos Theologos. Ego uero te hic Latome iudicem appello, inter istos meos tam importunos & impuros criminatores, & me.

Diuus Chrysostomus cum præmisisset: Oportet igitur Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, subiecit hoc dictum interpretans: non hoc dixit legem ponens, tanquam non licet sine hoc fieri Episcopum, sed prohibens immoderationē, ^{luxurias}, postq; apud Iudeos concessum erat, etiam altero iungi matrimonio, & duabus simul habere uxores. Honesta enim res nuptiæ. Quidam uero aut hoc dictum esse, ut Episcopus sit ex una uxore maritus.

Hæc sunt uerba Chrysostomi hoc in loco. In quibus quis non videat, nisi tam sit cœcus quam Colonenses Theologi, Chrysostomum adducere geminam huius dicti. Oportet esse unius uxoris virum, interpretationem: unam, quam ipse probat, atq; ideo ut suam alteri præponit: Alteram, quam non improbat quidem, sed nec probat, aut suam agnoscit, ait enim, Quidam uero dicunt. Quis etiam nō uidet priorem interpretationem Chrysostomū fuisse probatam? Videlicet Spiritum sanctum hoc dicto uoluisse prohibere in Episcopis ^{luxurias}, permisam quidem Iudeis, damnatam autem etiam apud plurimas Gentes, non solum apud Christianos; ne scilicet Episcopus implicetur ita nuptijs, ut duas eodem tempore simul uxores habeat. Certe mortua priore coniuge alteram ducere non Iudeis modo, uerum etiam Christianis licitum erat, & est, Quare diecum Chrysost. fuisse, si id sensisset, postq; id Laicis concessum sit; Quid at tinebat dicere, Iudeis; Deinde secundas nuptias, que prioribus morte solue

solutis ineuntur, τὸν ἀμερίαν, & immoderationis criminē notare, nō est Chrysostomi doctoris tam orthodoxi. Alterā vero illam interpretationē, satis apparet non esse Chrysostomi, sed aliorum quorundam, qui dicunt illo dicto requiri, ut Episcopus sit ὁ μήτηρ γυναικός maritus, hoc est, ut per omnē uitam suā, uel saltem a baptismate, sicut sententiam hanc quidam moderati sunt, unam solum uxorem habuerit.

Sed enim Sanctus hic scriptor clarius adhuc suam sententiam de hoc loco explicavit in Commentario suo in Epistolam ad Titum. ubi ita scripsit, ad hæc uerba Pauli: Sí quis inculpatus sit, unius uxoris maritus &c.

Cuius gratia talē inducit? Hæreticis obturat os, qui nuptias crimi Hereticorum nantur, ostendens, quod non sit res hæc impura, sed tam honesta, ut est poscere Eccl. cū ea quis etiam sanctā possit ascendere sedem: simulq; lasciuos eos p̄scopum & hercēs, τοὺς ἀστιλγύτους, nec permittēs, ut quis cum alteris nuptijs μετὰ θεοῦ Presbyterum t̄pou γάμου hunc principatum ineat. Qui enim erga eam, quę discessit, nō maritum. non conservauit benevolentiam, quomodo iſfiat bonus præses: interpretatio quam non subeat criminationem: Nostis enim, nostis, etiam si non Chrys. in Ep̄ stolā ad Titum est prohibitum legibus, alteris iungī nuptijs, tamen rem hanc mul træ obnoxiam esse criminationi, ἀλλὰ ὅμως πόλλως ἔχει τὸ πράγμα κατηγορία. Nullam ergo Apostolus uult, eum qui regere alios uult, dare caussam reprehendendi, ijs, quos regere debet; propterea posuit, Si quis irreprehensibilis sit, hoc est, si uita eius libera sit a reprehensione, si nemo habuerit, quod in uita eius accusaret. Hæc ille.

Vides Latome Chrysostomum intellexisse, hoc loco eas secundas nuptias a Sp̄itu sancto damnari, quæ sunt τὸν ἀστιλγύτον lasciuorū, & impudicorum hominum: quæque etiam in uita laica multam has Quis Diuo dices eas esse nuptias, quę post mortē priorū cōiugum contrahūtūr, uir unius uxoris & impudicorum hominum: quæque etiam in uita laica multam has Quis Diuo dices eas esse nuptias, quę post mortē priorū cōiugum contrahūtūr, uir unius uxoris

Ergo planū est Chrysost., hic intellexisse ab Episcopatu reiici, ut ris. Διεπορέχουσαν καὶ Διεγόμενα id est uirum non unius uxoris, eum, qui uita uxore sua legitima, alterā duxerit, siue duas habuerit simul, uti cōces sum Iudæis fuerat, siue alterā tantum repudiata priore, quod & Ros manis permisum erat. Nam illaudatum est, immerentem uxoris re repudiare, aut ita inhumaniter tractare, ut ipsa discedat. ἀπιλθούσαν hoc est

hoc loco Ambrosius Camaldulensis reddidit, defunctam, cum discedentem oportuerit; id quod non debebant ignorare Theologi isti, qui sibi tantum iudicij sumunt in rebus sacris.

Iam ergo perspecta sententia Chrysostomi, iudica Latome de me Falsarij et im- & accusatoribus Coloniensibus, num in me, an potius in ipsis dñis postores ne- ra ista crimina falsi, imposturæ, atq; nequitiae competant. Simul etiā quissimi Colos- cum illis te quoque fallum agnosce, qui iuxta hunc Pauli locum me nenses. rito reiiciendum ab Episcopatu censes eum, qui priore mortua altera ram uxorem duxerit, ex eoque conatus es colligere, inesse in matrimonio aliquid impuri propter quod sacro ordine minus recte coherreat. Vides enim Chrysostomum, hanc sententiam haereticis tristibueret, sacrum coniugium impiæ criminatibus: & docere, hoc, unius uxoris virum, etiam ideo hic a Spiritu sancto positum esse, ut discessus remus, coniugium rem esse tam honestam & sanctam, ut cum eo quis Episcopalem etiam thronum ascendere sit dignus.

At dices, quæcunque sit interpretatio Chrysostomi: tamen Ambrosii, Hieronymi, Augustini, & aliorum occidentalium doctorum interpretationē in Ecclesiis obtinuisse, ut dñe habeatur, & ob id sacerdotio indignus etiam is, qui priore defuncta, alteri uxori iunctus fuerit; inq; eo teniti, non tam S. Patrū autoritate, q; Ecclesiæ. Recte tu quidem iactares hoc, si prius euicces, ea dogmata, & decreta omnia esse Ecclesiæ Christi, quæ per Ecclesiæ uulgo recipiuntur; id uero nunquam euinces. Verum de eo dicendum est in loco de Ecclesia. In præsentiarum satis est demonstrasse, interpretationem illam uestram dicti Paulini, q; unius uxoris viri ille sit, qui in omni uita sua unam dumtaxat uxorem habuit, non esse Ecclesiæ, sed Ambrosii, Hieronymi, Augustini, & similiū interpretationem, sanctorum quidem virorum, sed tamen hominum, quorum autoritate priuatis nullum in Ecclesia dogma constitui potest: quorumque auctoritatibus, non minus grauem, & orthodoxam authoritatem opponere liceat, D. Chrysostomi scz, & grecorū doctorum prope omnium: quorum ininterpretatio nec in Occidentali quidem Ecclesia fuit damnata.

Hic ergo cū utræq; interpretatio suos, & quæ graues habeat auditores: quid aliud faciendū nobis existimas, quā ut eas inter se confersimus,

Quæ uulgo
per Ecclesiæ
recipiuntur, nō
habent ideo
authoritatem
Ecclesiæ.

mus, & ad scripturam examinemus utramq; studiose? Hoc uero si se
cerimus, nullo certe negotio uidebimus, interpretationem græcos
rum, scripturis consentaneam esse: Latinorum minime. Illa enim a
a sacro ordine excludit eos qui merito sunt excludendi. Hęc autem
repellit eos, quibus nihil potest imputari, uel obijci. Nā habere duas
simul uxores: aut immerito repudiata, uel dimissa priore, alterā duz
cere: aut etiā mulieri coniungi nō legitime, quæ omnia tria græci inz
telligunt excludi per hoc Apostoli dictū, Oportet Episcopū unius
uxoris virum esse, etiam in Ethnicoꝝ hominū repræhensione fue
runt: sed in repetito cōiugio, quod in Domino contractum est, quid
uel singi potest inesse criminis? Sanctum enim est coniugium, & ho^r Coniugiu^m sem
noratum, quando contrahitur in Domino, siue secundum, siue prī^r per sanctū,
mum. Quid enim inter hoc & illud interest, modo ineatur utriꝫ in siue primū si
Domino, sua & etate & moderatione illa, quæ Christianos decet? ue secundū si
Adducis & illud ex quinto prioris ad Timotheū, de uidea, quæ ue tertium sit.

Adducis & illud ex quinto prioris ad Timotheū, de uidea, quæ
non nisi unius viri uxor assumi debeat ad ministerium, & almoniā
Ecclesiæ. Verum nec eo dicto probabitis, eas secundas nuptias da
mnari, ut sacro ministerio indignas, quæ primis per mortē solutis cō
trahuntur. Nec enim eas Spiritus sanctus hic reiçit, quasi non unius
viri uxor fuerit, quæ defuncto priore uiro alteri nupserit. Nā ea nul
lo tempore dici potuit esse nuptia duobus: cum mortuo enim nihil
coniugijs superest. Eam igitur Paulus hoc loco intelligit non fuisse
unius viri uxorem, quæ uel uni uiro non legitime cōiuncta fuit, uel
ab uno discellit, eoz uiuo, & adhuc ius mariti in ipsam obtinēt, als
teri se adiunxit. Spiritus sanctus enim ipse per Paulū iubet iuniores
uiduas nubere, liberos gignere, domum procurare. Quæ fuerit ergo
ratio, illud, Quæ fuit unius viri uxor, sic interpretari, ut dicendum
sit, pias & sanctas sœminas, atque uiduas, ob hoc solum quod pres
cepto Dei paruerunt, ab Ecclesiæ & ministerio, & beneficio reiçien
das esse, maxime cum alium hæc uerba sensum admittant, & hunc
et ministerio consentaneum: Nec enim potest apud Deum idem
præcipi ut fiat: & adiecta poena prohiberi ne fiat. At non leuis est pœ
na excludi ab Ecclesiastico & ministerio, & beneficio, tanq; impurā,
& eo indignam.

L Porro,

Porro quicquid ponderis hæ interpretationes apud te, tuicq; similes habitur æ sint, hæc tamen certa sunt & indubitate. Primum, q; interpretatione horum dicatorum Pauli, unius uxoris vir; & unius viri uxori, quæ secundum matrimonium cōtrahentes post mortem priorum cōsugum, a sacro ministerio remouet, quançq; in Occidentalib; Ecclesiæ passim obtinuit: nequaçq; tamen est dogma Ecclesiæ: cum altera horum dicatorum interpretatio, quæ a sacro ministerio per hoc dictum Pauli, eos tantum remouet, qui in merita reprehēsione, & uitio hærent, ab orthodoxis tradita sit doctoribus, nec unquam erroris insimulata fuerit, neque iure possit. Nam & Diuus Hieronymus, quançq; secundis nuptijs parū æquius, hanc tamen Græcorum interpretationem adducit, trans hunc ipsum locum, in Commentarij ad Titum, nec reprobavit. Alterum, etiam si hanc interpretationem uobis largiamur, & concedamus eos, quançq; non unius uxoris maritos a sacro ministerio excludendos esse, tamen uestræ id legi nihil patrocinarī potest, quæ nullo unquā tempore maritos ad sacerdotium admittit, uel in eo tolerat.

Sed enim alleges & illud Pauli, quançq; non recte. Sic enim adducis, Viduas adolescentiores deuita, cū enim luxuriatæ fuerint, in Christo nubere uolunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Apostolus autem habet ὅτι κατασπειρόντες τοῦ Χριστοῦ, γεννῶν θέλοντες id est, cum lasciuire coepirint aduersus Christum, nubere uolunt, non, sicut tu distinguis, in Christo nubere uolunt. Nec enim hoc est lasciuientium cōtra Christū. Hac syncera Paulilectione, uel ex Erasmo uiro certe digno quæ legas, discere poteras. Arguit hęc oſſicitantia, & plus q; supina negligentia tua, te uerbum Dei non habere eo loco, quo decet, ac est credibile te pleraque omnia, quæ in hanc tuam farraginē conieciſti, uel ex libellis Eccij similiūm q; sublegisse, uel ab aliquo suppeditante locos & argumenta, ueluti per manus accessisse. Verum ad rem.

*Ita enim habet
exemplar Lato
mimanu scri-
ptum & Colo-
nie impresum.*

De uoto Cœlibatus. Ad uotum hic respicere uideris, & tale argumentum significare. Ecclesia recte facit exigēdo a suis uotū factū Deo de uita cœlibe, condemnationem enim habent, qui fidem uoti sui fecerint irritā, ut hic locus Pauli attestatur: Ergo recte facit Ecclesia, cœlibatum exigens a clericis

clericis, & coenobitis suis, eo qd hi uoto coelibatus omnes astringuntur. Sed uos non solū, ut prætent hi, qd uouerūt, exigitis, uerū etiā ut uoueāt, id qd huic loco prorsus ex diāmetro repugnat. Sed locū ipsum excutiāmus totū. Nec enim minus hoc ipso testimonio, qd as-

līs, quæ iam tractauimus, lex tua penitus euerititur.
Viduas, inquit Spiritus sanctus, iuniores reiçce, id est *ne patrōs* Vn de uero. A collegio sacrarū uiduarum Ecclesiis ministrantiū, in qd nullā, quæ non laxagesimū annum attigerit, assumi debet. Vos autē plane puellas, nō in huiusmodi Collegia sancta, sed uel in manifesta *coenobitis*, uel superstitiosa ac uiolenta detruditis ergastula, detrusas detinetis, exitiali fane laqueo, uel uoti, uel indicti coelibatū obstrictas. Iam deinceps uide quomodo, & quæ ad loca iubeat

Spiritus sanctus iuniores uiduas reiçere. Volo, inquit, iuniores uiduas nubere, liberos gignere, administrare domum & cet. En, a coelibatu ad matrimoniu uiduas adolescentulas remittit, idque si impli- citer, absq; ulla uel uoti, uel cōditionis exceptione: nihil de his ingerit, que de coelibatus pulchritudine, & cōmodis prædicauit Corinthis. De œconomia enim hīc præcipit totius Ecclesiæ, legemq; præscribit uniuersis iunioribus uiduis, inter quas per paucæ capiunt uerbū castrationis propter regnum Dei. Quod igitur huic generi? *et nō* pro- conductibile est ad pietatem, id simpliciter expressit, & in lege posuit. Quæ donū habebant sancti coelibatus, eas idem spiritus, ut donum illud suum & uocationē sequerentur, facile excitabat, qui donum hoc suppeditabat. Vos contra, nō habita ulla ratione doni & uocati- onis, promiscue & indifferenter a matrimonio ad coelibatum resi- jicitis, quo scunque in uestrum Ecclesiasticum ordinem admittitis, quantumuis ætate sint, & ingenio a coelibatu alieni. Planū est, ergo uos ista legis ueltrę vindicatione prorsus aduersari Spiritui sancto?

Iam uideamus, & quæ huius præcepti cauissæ ab Apostolo redantur. Hæ sunt, periculum in lubrica uita, & occasio obtrectandi. Nihil enim quam ætatis hīc, & quod iam lapsæ nonnullæ fuerant, et quod aduersario Dei occasio obtrectādi detur, meminit. Bis iunio res dixit. Iuniores uiduas reiçce, et Volo igitur iuniores uiduas nube re, & Cū enim lasciuire coepirint contra Christū, nubere uolunt, ha-

L ij bentes

*Collegia uer-
stal. nō qualia
spiritus san-
ctus requirit.*

bentes iudicium, & iunctam ex hoc condemnationem, quod primā fidem reiecerunt, & nec ullam dare aduersario occasionem obtrēctandi, & , Iam enim nonnullæ deflexerunt, ut sequantur Satan am. Hęc de cauſa præcepti sui Spiritus sanctus hoc loco cōmemorauit.

Pleręq; enim uīduæ adolescētiores, cū ex recenti maritorū obitu importentius dolorēt, pfessioni se uīdūtatis publice addicebant. Sed cū ad coniugiū, non ad uitā cōelibem natę essent, remissō luctu & extincto defyderio mortui mariti, redibāt ad ingeniū, & nuptias iterū expetebāt. Veritę autē eā inconstantiā apud Christianos ipsis proximo uerti, & futurum, ut iterum nuptiae non haberentur eo loco, quo fuissent habitæ uīduæ, tandem eo lasciuia peruererūt, & libidinis ut iam fidem non tam datā Ecclesiæ de colendo cōlibatu, quā ad dictam Christo de uniuersa pietate & religione reiecerent, una cum cōlibarū repudiantes ipsam etiā professionem Christi. Ait enim Apostolus, Cū lasciuire cōperint contra Christum, Item, nonnullæ deflexerunt, sequutæ Satanam, Id quod in eas minime competit, que cū uruntur, in Domino nubunt: Quod Apostolus ipse iudicauit melius; ac propterea talibus omnino præcepit, ut unaquęq; suum beat maritum: & ex eadem sententia, omnibus quae non continent dixit, Volo igitur iuniores uīduas nubere. De reiecta igitur fide Christi, non de uoto cōlibatus hic loquitur Apostolus, cū dixit, primam fidem reiecerunt. Et si quem remoretur uerbū, primam fidem, & scire uelit, cuius secundæ fidei collatione, hęc sit dicta prima, Huic licet obiecti possit, illud de Domino nostro, donec peperit filiū suum primogenitum: tamen dici potest, fidem secundam recte dicti, que peracta poenitentia Christo, & Ecclesiæ addicitur.

**Quid fides
prima & se-
cunda.**

Vérum demus hęc uobis, hic pro uoto uitæ cōlibis fidem intel ligendam esse, quam iuniores uīduæ reiecerint, quid tamen ex eo cō ciudas aliud, q̄d hoc, periculum uiolandi uoti cauendum esse? item præcipiendum iunioribus, ut nubant, & remedium unctionis non ex oratione sola, sicut uos lubetis, uerum etiam ex matrimonio simul petant, quod diserte proposuit, cum orationis ne uerbulo quidem meminerit, hoc in loco: tametsiuim pię precationis & nosset melius quam uos, & esset ad excitandum studium orandi multo magis, q̄ uos,

uos, sollicitus. Volo ergo, inquit, iuniores uidentes nubere, & nuptas
sic tum orare, tum uiuere, ne aduersarijs ansam præbeant ipsis obtre
stanti, & maledicendi, & propter ipsas toti Ecclesiæ.

Atqui uotorum inquis, magna est merito apud pios religio. Sic *Præceptum*
enim habet præceptum Domini. Votum quod uoueris Dño, non *Dei de Voto*,
tardabis reddere, quia requirit illud Dominus Deus tuus: et si moras,
tus fueris reputabitur tibi in peccatum. *Deuter. 23. Recte.* Tu ne uero *Deut. 23.*
censes quicquid aliquis Deo uouerit, id eum debere quoque præsta
re. Non arbitror. Nam posset aliquis uouere necare parentes, & im
molare per ignem liberos. Tu certe nullū uel amici, uel famuli tui uos
tū probaueris, nisi quod sit in re tibi grata. Iam Deus ita finxit quos
dam hoīes, ut uelit eos sibi in matrimonio seruire, non in cœlibatu:
eaque de causa præcipit his, ut unusquisque suam uxorem, unaquamque
suum maritum habeat, uitandæ fornicationis, & excludendæ criminis
nationis causa, quæ possit aduersus Ecclesiam suam intentari, ut su
pra demonstratum est.

Tales ergo si uoueant cœlibatum, Deus perinde gratum habet
bit, & ita reddi sibi postulabit ipsorum uotum, ac tu gratum sis habi
tur us uotum famuli tui, quem cum ad scribendum conduxisses, ille
tibi uouisset omissa scriptio ne, iucundum aliquid carmen canere, &
scite saltare: uel ut similius cōseram: Si famulo mādasses preciosam
aliquā supellecīlē tuam, impositā equo tuo celeriter, & cito aliquo
perferendā: ille autem uoueret in gratiā tuam, ipse eam sarcinam in/
iectam suishumeris eo quo iussi. Illis deportare. Ex itinere autem feli
sus, & defatigatus incident in comitatum latronum, qui & supelles
& ilem raperent, & famulum occiderēt: Hoc ne uotum tibi placereret:
Nihilo uel consultius, uel gratius Domino faciunt, qui iussi a Domi
no recusant accipere paratum eis adiutorium uxorem, sociam uitæ,
ad iutricem in thesauro muneris a Deo iniuncti, conseruando, & per
desertū huius saeculi deportando ad omnes, quorum saluti consuli
per illos debet. Cum enim datum eis non sit, ut soli, & absque consor
te, & socia uxore munus suū Deo, & Ecclesiæ recte præstent, depositi
tumque apud se thesaurum donorū Dei ad oestuto perferat, tū certe
oporet ut admissis meretricibus & lupis, cum se, tum dona Dei ipsis

L iii credita

credita perdunt. Res de quibus facienda esse uota scriptura com
memorat in manu uouentium positæ erant, easq; Deo probari certo
oraculo Dei cōstabat. Sed ijs qui uruntur certo oraculo Dei constat,
Si conantur uitam uiuere cœlibem, eum conatum esse & irritum, &
contra Deum. Nam ipse testatus est uerbo suo, hanc uiuendi
rationem eos, quibus ipse non dederit, capere non posse, & melius es-
se talibus copulari matrimonio: tum præcepit nobis, in omnibus
illa deligere & complecti, quæ ipse nobis, ut meliora proposituit.

Cœlibatus igitur quamlibet religioso, & solenni uoto suscepimus
ab ijs, qui ad eum non sunt uocati, res est ut ingratia Deo, sic etiam his
qui cum contra uerbū Domini suscepérunt, cum impossibilis, tum
exitialis, & quantūvis Dominum orent, ut facultatem huius usq; lar-
giatur, tamen quoniam id contra Domini uerbum, & decretū faci-
unt, tentant Deum, seque & perdunt ipsi miserrime quando, cōtem-
pro sacro coniugio, ad cœlibem uitam enituntur.

Quamobrem non potest his cœlibatus esse materia pī uotis
sicut uotum faciunt contra certum & clarum Dei præceptum, sic
atq; impicias est seruare hoc uotum, gratissimus autem cultus Dei,
uotum hoc præcepto & uocationi Dei postponere. Quod D. Cy-

Cyprianus li- prianus Martyr probe intellexit cum scripsit de dicatis Deo uirg-
bro 1. Epist. 11 nibus, sed parum pure uiuentibus. Si autem perseverare nolunt, aut
non possunt, melius est ut nubant, quā in ignem delitijs suis cadant.
Ecce uirgines etiam Deo consecratas iubet hic Martyr Dei nubere,
non obstante uoto quod fecerant. Sciebat enim Dei præceptum de
his, carum uoto debere præferri.

**Locus explica-
tus 1. Timoth.** ^{uota} quod primam fidem reſeuerunt, de uoto intelligi oportere,
iudicium hoc certe irritæ huius fidei, de iudicio & condemnatione
non Dei, sed hominum oportebit intelligi, quoniam Deus per Apo-
stolum suum, & hic, & alibi iubet nihilo minus tales nubere, sicut &
melius est eas nubere, quam urit: quanç uiduæ illæ quas hic Aposto-
lus reprehendit, si quid uouerunt, in eo peccarunt, & in Dei quoque
Votum quomo iudicium inciderunt, quod uouerunt temere. Votum enim factum
do fieri debet. Deo, cum sit pars quædā religiosæ invocationis, & cōfessionis Dei,
fieri

hieri debet secundum, non contra verbum Dei: nec ita cū Deo ludenz
dum est, ut ei tanque rem grata, & iucundam uoueamus, de qua non
religiose prius inquisierimus, num ei probetur, aut grata sit; imo de
qua verbum eius extet, quod ipsi non placeat. Hominibus certe ho-
norem hunc deferimus, ut siue facere, siue promittere eis aliquid ue-
limus, quod gratium sit, & argumentum nostrae erga eos obseruationis
ac studij declarare, diligenter antea percōtemur, ut cognoscamus qui
bus illi rebus potissimū oblectentur, et quid prēcipue gratium habeant.

Ex his igitur, clarū esse potest omnibus, qui uere Dei amant, eiusque
uerbi reuenerter suscipiunt, legem illā uestram qua coelitatum om-
nibus Ecclesiasticis interdicits, adeo nihil habere patrocinij, nec ex
religione uoti, nec ex presenti loco Pauli, ut etiam ex hoc ipso loco,
sicut ex prioribus, quae pro defensione illius adduxisti penitus euer-
tatur. Nam ut demus, hic primam fidem, quam Apostolus queritur
a quibusdam iunioribus irritam esse factam, de uoto coelibatus intel-
ligi debere, & iudicium quod tales incurrint esse condemnationem
Dei, ramen uniuersa doctrina & praeceptio huius loci eo pertiner, ut
qui Timothei munus gerunt Episcopi, & qui sunt curatores Ecclesiz
arum, cauere modis omnibus & auertere studeant, hunc tanq grauem
lapsum, hoc scandalum & exitium eorum, qui coelibatum temere sus-
cipiunt: & præcipiant, iuniores quidem uirgines nubere, parere libe-
ros, domum administrare. Iuuenes autem masculos ducere uxores,
procreare liberos, regere familiam, nec ullam dare aduersario cōui-
tiandi occasionem, ne scilicet suscepto coelibatum, & injecto ipsi laqueo

Quomodo fi-
dem primā re-
iiciunt lasciu-
entes.

uersa religione Christi Deus & Ecclesiae obstricta, facientes irritam,
onem coelibatus, primamque fidem, non tam de coelibatum, que de unis
in iudicium incidunt, atque in condemnationem, & Dei & hominum.
actandem regno Christi, & tota professione religionis nostrae pror-
sus relicta & abiecta, sequantur Saranam.

Hec omnia hoc loco tradi & præcipi nemo inficiari poterit, qui
legerit ea diligenter, & mentem doctrinæ Christi capacem habuerit.
Ea uero tanta, tamque detestanda mala que Paulus uoluit excludi, per

coniu

coniugium, uides, in toto illo uestro genere, quod Ecclesiasticum uocatis & monasticum, horribilem in modum inualuisse, lasciuiam dico, & petulantiam, non tam contra professionem cœlibatus, atq[ue] Angelicam illam uiuendi rationem, quam contra Christum ipsum, & uniuersam religionem eius; item refectionem, & conculcationem primæ fidei, non tam promissæ Episcopis & Abbatibus de uita cœli be, quam Christo ipsi de uniuersa obedientia mandatorum Dei, iudicium, & condemnationem, tum Dei, tum hominum, maximopere expauescendam, ut nullum iampridem genus hominum in orbe sit animo magis stupido ad omnia diuina, magis impura & flagitiosa uita, eaq[ue] de causa etiam contemptius, atque magis probrosum, est maximiſ illis opibus, & potentia, quam nomine ecclesiæ tenet, dignitatem suam tueri conantur: nullum quod hostium religionis nostræ, Turcorum, & Iudeorum, item Hæreticorum, & Epicureorum maledictiæ, & criminationibus tam sit oppositum, & obnoxium, q[uod]d[em] manifestius rejecto Christo, sectetur omni studio Satanā. Hæc ipsi in qua uidetis, & de his grauissime queri uniuersum orbem auditis, in hæc animaduertere Deum horrendis ultiōibus conspicitis: tamen auderis illam uestram, iam nō legem, sed legum omnium certissimā pestem defendere. Qua quidem re nihil aliud certe facitis, quam quod impletis & omnino ueram efficitis prophetiā, quam Spiritus sanctus per Paulum tot ante seculis horrendam sane nobis tradidit, & grauissime comendauit cap. iiiij. in Epistola priore ad Ti[berium] motheum in qua diserte spiritus dixit.

Fore in posterioribus temporibus, ut quidam a fide discederent, auscultarent spiritibus impostoribus, doctrinis demoniorum, quas allaturi essent homines, qui per hypocritim mendacia loquentes, & cauterio insultam habentes conscientiam, prohiberent iungī matrimonio, & iuberent abstinere a cibis, quos Deus creauit, ut cum gratiarum actione sumantur a fidelibus, & qui ueritatem cognitam haberent, & ceſſerent.

Vos eam prophetiā in Marcionitas, Tatianos, Encratitas, Hieracitas, Manichæos, & alios hæreticos, qui in hac tanta temeritate uos præcesserunt, rejc̄tis, ut qui damnarint, & prohibuerint nuptias tanquam rem

quam rem immundam: quasi nihil a uobis tale fieret. Negatis enim
damnare uos nuptias, aut prohibere simpliciter, sed damnare tantum
& uertare eas nuptias, quae contrahuntur ab ijs, qui in sacerdotio sunt,
aut uotū sacerorum uitæ cœlibis. An uero non est hoc & damnare, &
prohibere nuptias tantum rem impuram, interdicere eas tantæ hominum
multitudini, idque uelut sanctitate huius ordinis indignas? Nec enim
ideo minus damnatis & prohibitis eas, etiam si non interdicitis in uni
uersum omnibus, aut non eadem omnino de cauſa, propter quam
superioris haereticis illas damnarunt, & interdixerunt. Prohibere nu-
ptias, ait diserte Spiritus sanctus, dogma est demoniorum, spiritu-
um impostorum, quibuscumque interdicantur, & quacumque de cau-
ſa &c. Hoc uos facitis, et si non omnibus, nec ob eandem, quam haer-
eticis cauſam. Nec etiam Manichæi damnarunt, ac uertuerunt omni-
no nuptias. Electis enim tantum, qui apud illos erant loco Sacerdo-
tum, eas adimebant: Auditoribus autem, qui in secundo apud illos
gradu erant, permittebant.

Dogma dæmo-
niorum, ordi-
ni Ecclesiastis-
co nuptias uen-
tare.

Ostendimus uero nos omnibus qui sacro sanctæ doctrinæ sunt
capaces, nullum humanum uotum posse anteferri præcepto Dei.
manifesto autem præcepto Dei iuberi matrimonio iungi, quibuscum
que datum est donum coniugij: cœlibatus autem minime: Spiritum
sanctum etiam clare pronunciassc, coniugij puritatem cum sanctitas
te S. ministerij adeo congruere, ut cum de diligēdis Ecclesiarum mi-
nistris, & summis eorum uirtutibus præciperes, maritos honestos re-
quisierit; in cœlibatu autem uiuetum ne uerbo quidem meminerit:
Nihil igitur penitus relictū est uobis, quo uos horrendo illo, quod
in Spiritum sanctum admittitis criminē, purgetis. ut non haberí de-
beatis manifesti doctrinæ demoniorū & ministri, & propugnatores,
dum legem illam uestram defenditis, & nuptias tantæ portioni ho-
minum, toti scilicet turbæ, quam Ecclesiasticam uocatis, interdicitis.
Quod certe & fructus, qui ex ista lege prouenerunt, nimis aperte te Legis de Cœ-
stantur. Nam perustis cauterio huius legis conscientijs sacerdotum, libatu fructus.
& fiducia Christi seruatoris in animis eorum, per fornicationes & ne-
fariam spurciciem, in quam eos uestra lex impulit, defecta: studioq
Dei prorsus extincto, quando per coniugij prohibitionem, uoluptas

tibus illicitis immeguntur, factum est, ut hic ordo, qui mundo salis uice esse debebat, miserrime sit infatuatus & computruerit. Quocirca non modo saliste multis iam seculis desuit orbi, quo reliqui salirentur, & uero de rebus diuinis iudicio imbuerentur, sed etiam hi ipsi, qui salis & sapientiae titulum sibi sumunt, eoque nomine opes & potentia Ecclesiarum inuaserunt, pridem salem omnem uerae sapientiae ab Ecclesiis summa uiarent; unde innumeræ labes & scandala tum doctrinæ, tum uitæ in Ecclesiis inundarunt; primum in gentem Ecclesiasticam, ac inde in universum reliquum populum Christi nomen profitement, ut perniciosis doctrinis & impijs cultibus, probrisque uitæ omnis generis, contaminata, labefactata, confecta, & prostrata sint omnia.

*Tyrannica lex
de delectu ci-
borum.*

Iam & alterum dogma dæmoniorum, cibos uetare, quos Deus condidit ad usum suorum, an non apud uos insigniter obtinuit? an non conuincit aperte prophetiam hanc in uos omnino quadragesimam? Cibis enim quos Deus ut ijs uesceretur condidit, per Quadragesimam, per tot alias dies, & per singulas hebdomadas binis diebus interdictitur; imo non paucis in locis poena capitis adficitis eos, qui contra faciunt; idque sine omni uel Canone, uel lege veterum, & circa omne etiam commodum pietatis, nulla habita ratione uera abstinentia.

*Vnde abstinen-
tia carnii cer-
tis diebus in
Ecclesia.*

Veteres quoniam in Quadragesima singulis hebdomadis quarta & sexta, post etiam septima die ieunia celebrabant, ideo more & religione lanctorum ieuniorum, a carnis non modo quadrupedum & uolucrum, sed piscium quoque, & a cibis omnibus delicariis oribus abstinebant, plerique tamen a uino. Sed uos nec ob neglecta ieunia, nec ob lauritias, & carnes piscium quamlibet exquisitas hominis irascimini: Verum si pauperes agricolæ suis illis sumo duratis carnis, aut rârido larido, uel ouis & lacte, que sola fere, & tenuiter habent, utantur, ut alijs laborum suorum fructibus uestram luxuriam diutus alant, e medio tollendos esse clamatis. Quod ipsum non minus S. Patrum, quam nostro iudicio dogma est, & crudelitas Diabolica, Spiritu Desprænunciata. Quædammodum igitur hac in re, sic & in prohibitione coniugij, prophetiam hanc egregie perficitis, & demonstratis

monstratis uos illi seruire, de quo Daniel his uerbis prædictis.

Et de Deo Patrium suorum nihil intelliger. Nam super omnia se Daniel. n.
magnificabit. Etenim Deus Patriarcharum, Prophetarum, & Apo-
stolorum, Filius ipse Dei & Deus incarnatus legitimas nuptias habet
sanctas. Nam quum initio fecit hominem, marem & foeminam fecit Gene. 2.
illos, ac pronunciauit bonum non esse, hominem esse solum, eoque se
facere illi adiutorium uelle, quod cum eo semper futurum esset, uxoris
rem uidelicet, & eam statim ipse coniunxit cum uiro, fabrefactam
& eductam ex lumbis costisq; uiri, & uoluuit uirum huius caussa re-
linquere patrem & matrem, adhærere & conglutinari uxori, ut essent
iam non duo, sed una caro.

Ex his omnibus aperte uidemus, quāti Deus patriū nō forū, Deus
unus, & solus sanctus, coniunctionem maris & foeminae faciat, quam Quam sanctū
sanctam habeat, & eam a nobis haberi postulet. Ipse met in para- Deo coniugii
diso cum adhuc esset integra in homine, & illabefacta eius imago, &
natura incorrupta, sanctiuit & instituit eam, & uiro tale uxorius desy-
derium, eamque charitatem immisit, ut cum uxore uiuere malit, q;,
cum parentib;is, alioquin inter mortales omnium charissimis. Fecit
uxorem adiutorium uiro, indubie ad uitam sancte & feliciter de- Vxor adiuto-
gendam, non ut esset impedimentum. Quamobrem sicut hanc con- riū, nō impe-
sociationem & charitatem in Patriarchis & Prophetis approbavit, diment. pijs.
sanctificauit, & singularibus beneficijs ornauit; sic etiam approbat,
eam sanctificat & singulariter uult ornare in Sacerdotibus & Eccles-
iarū ministris omnium temporū. Adeoq; diuinam rem a nobis ha-
beri uoluit hanc, quam ipse pijs uiris erga suas uxores insudie chariz-
tam, atque desyderium, ut infinitum illum amorem filij sui erga Ec Ephes. 5.
& cogitandam nobis offerre uoluerit.

Ad hanc ergo coniugij sanctificationem colendam, ac nuptias
rum honores & ornamenta, præstantissimi quicq; diuinorum operū
ministri & procuratores, quos Deus ipse suo nomine dignatur, Des-
osq; uocare solet, tam Angelī, quam Heroēs, Deo deorum, Deo uni
& uero patrum nostrorum, studiofissime inseruerunt, desyderioq;
legitimo & honesto plurimum semper detulerunt, cum publicis le-

M ii gibus

gibus & indulgentia, tum etiam priuatis sautoribus & beneficiis.

Proprium Antichristi, damnare matrimonium.

Solus ille uester superbus Deus, qui se extollit & magnificat ^{sui} per omnem Deum, quicq; ut in cæteris omnibus, ira & hac in re cum summa execratione mirabilia dicit & facit contra Deum deorum, de sancto illo desyderio mulierum, dec̄ legitima connubij charitate nihil intelligit aut nouit, & nuptias a Deo patrum nostrorum, a Deo uero & omnipotente sanctitas, honoratas etiā ab Angelis & ab omnibus p̄j hominibus, interdicit quasi rem foedam, atque profanam, id quod nullus unquam tyrannus fecit, quantumuis barbarus & immanis. Interim uero stupra & adulteria, sed & incestos, & nefarios auctores non modo tolerat in suis, euersoribus Ecclesiarum, sed souet etiam & adiuuat. Quæ quidem crimina sæpe sunt obiectienda uobis & incessanter, si forte poenitentia tandem perculsis uidere uobis contingat, quanto furore contra Deum & naturam, contraq; omnem sensum recti & honesti pugnetis.

Etenim uel hic solus locus Danielis excitare uos Latome debebat, ut de coiugij sanctitate rectius iudicaretis. Vides enim amorem erga mulieres legitimū præ cæteris officijs honestatis & iustitiae coniungi hoc loco cum uera notitia & cultu Dei, adeo quidem, ut cum Spiritus sanctus uellet Antichristo singularem quandam & extremam auctoritate signare impietatem & malitiam, tribuerit ei simul cum ignorantia & contemptu Dei, ac rerum omnium, contemptum etiam amoris & desyderij honesti erga mulieres. Nam & sacre omnes, & gentium omnium historiq; poemataq; testantur, sed & experientia quoq; demonstrat: cum uera Dei cognitione & cultu, studium & uenerationem matrimonij semper cohærere: nec quenq; erga Deum & uerā religionem pie affectum esse, qui non & sanctis nupijs faueat: ut contra nemo has contempserit, qui Deum recte nouit & ueneratur. Quod te uel Homerus, & alij Poëtae uirtutis pictores docere debuerant.

Hæc satis supererunt omnibus Christianis, ut uideant solide nobis demonstratum esse, legem istam uestram, quæ totum ordinem Ecclesiasticum a matrimonio secludit, non esse legem, nec legem Ecclesie Christi, sed legum omnium pestem, et certissimam euersionem. Omnibus, inquam, hæc satis erunt, qui Christum amant, qui lumine fidei

fidei prædicti sunt, & tenent principia prima Theologie & religionis Prima Theonostrae. uidelicet, Deū esse, uerbo Dei in omnibus auscultandum, & logie principiuerbum Dei esse illud, quod scripturis diuinis proditum est nobis. *pia.*
 Nam sicut h̄, qui ea facultate & dexteritate mēris carent, qua prima, & indemonstrabilia cognoscendi principia intelliguntur, acideo nec prima ista principia tenēt, nullam possunt scientiam ullis de rebus percipere: sic illi, quibus eorū quā modo cōmemorauī, principiorū fides, ac notitia, non est infusa diuinitus, nec in præsenti, nec in ulla alia controuersia quicq̄ recte possunt intelligere, & cognoscere. Tales igitur mittendi sunt nobis, & acquiescendum est iudicio Dei, & eorum, qui cum uere sunt Christi, Sp̄ritū etiam eius habent, ut res istas intelligere possint, & iudicare.

Et hi quidem ex his quāe tractauimus haud dubie cognoscent. *Propositiones huius demon.*
 Primum, ita natos esse homines maxima ex parte, & a Deo sic factos atque uocatos, ut ip̄si Creatori seruant in matrimonio, non in coelibatu: paucis admodū esse datum, ut se se castrrent propter regnū Dei.

Deinde, omnibus ad matrimonium uocatis, uitā coelibem non esse bono, sed laqueū iniūcere solum posse: & ea de caussa præcepisse Deum, ut omnes eiusmodi uxorē quicq̄ suam habeant, & unaquaq̄ suum maritum, uitandæ fornicationis caussa: quam alioqui uitare non possint, quantūvis donum coelibatus a Deo petant. Et si idcoscentur, eos tentaturos esse Deum, eoque se in perniciem & misericordiam cōiecturos, nisi Dominus eam necessitatē ipsiis immittat, ut uel uxorem ducere, uel apud uxorem uiuere nō liceat, qua quidem in necessitate Dominus nequaq̄ suos destituit Sp̄itu & gratia sua, ut sancte & inculpate nihilominus uitam suam exigant.

Præterea cognoscent eos, qui hominibus ad matrimonium uocatis præsunt, quodcunq̄ tandem habeant in illos imperium, siue patrīum, siue regīum, siue Episcopale, nequaquam tamen habere potestatem detinendi tales in coelibatu, sed necessitatem eis incūbere potius illos adiuuandi, ut in Domino matrimonium colant. Quod ni faciant, contra autē ad coelibatum ineptos cogant, siue simpliciter id fieri, siue prætextu uoti, uel conditionis sacerdotalis, ipsos sc̄ qui doctrinam dæmoniorum, & legem Antichristi.

Postremo, agnoscent esse in hoc ipso genere hominum, qui sunt ad matrimonium uocati, plerosque sacerdotio dignos, & quibus ad sacerdotium recte administrandum adiutorio sit, non impedimento coniugium: Ideoque Spiritum sanctum, quo loco de ministris Ecclesiarum diligendis, eorumque sanctimonia nominatim & copiose precipit, ac summam uitæ perfectionem exigit, iussisse maritos honestos, ad hunc ordinem assumi, nulla prorsus eorum, qui cœlibes uiuunt mentione facta.

His ita cognitis ex indubitate scripturarum autoritate, omnes pñ & uere Christiani, facile syllogismū ipsi concludent, quo de uestra lege palam & euidenter id demonstratur, quod a nobis antea propositum est. hunc uidelicet. Constitutio quæ uel idoneos arcer a sacerdotio propter initum matrimonium, uel non uocatis ad cœlibatum, eum imperat, propter conditionem uel sacerdotij, uel uoz tali ciuius, ea pugnat aperte cum uerbo Dei: & uel Ecclesiæ idoneis ministris uiolenter spoliat, uel non paucos homines adigit, ad manifestam uiolationem præcepti Dei, & in laqueum exitialis lapsus impellit; ideoque non potest uocari lex, multo minus lex Ecclesiæ, sed indubitate doctrina dæmoniorum, & edictum Antichristi: quo Ecclesiæ & spoliantur sanctis & idoneis ministris, & deuastantur per impuros & noxios, non ministros, uerum facri ministerij pestes, & corruptores.

Affumptio. At illa uestra constitutio, quam tu Latome defendis, hæc omnia facit; depellit a sacerdotio coniugij cauſa complures, quos Deus & ad coiugium, & ad sacrum ministerium uocauit: imperat cœlibatum, & sanctas nuptias prohibet omnibus qui in sacerdotio esse uolunt, aut monasticen semel professi sunt, inter quos perpaucos reperire liceat, ut res ipsa loquitur, quos ad uitam cœlibem Deus uocarit.

Conclusio. Ergo constitutio hæc uestra pugnat aperte cum uerbo Dei: & uel Ecclesiæ spoliat multis idoneis ministris, qui quod uere Deum tis ment, malunt cum gratia Dei uiuere in matrimonio pñlaici, sacerdotioque carere, quā fungi sacerdotio cum offensione Dei, in impiō cœlibatu, hoc est, contra præceptum & uocationem Dei suscepto: uel impel-

Impellit quamplurimos in apertam uiolationem diuinī præcepti,
& laqueum perniciosi lapsus, eos uidelicet, qui malunt cum impura
conscientia, & sub ira Dei frui otio, & opibus Ecclesiasticis, quam la-
bore suo uitā quærere cum bona conscientia, & benevolentia Dei,
quorum sane infinitus est numerus.

Eam ob causam hæc uestra constitutio nihil minus est, quā lex,
aut lex Ecclesiæ, sed indubitatum dogma & edictum Antichristi,
quod Ecclesiis & eripit eos, qui uolunt, & possunt eam recte admini-
strare, & obrudit homines nefarios, qui dissipant & euertunt illas.

Quod uero lex ista uestra singularis etiam sit omnium legum Lex coelib. le-
pestis, & probæ sanctæque uitæ pernicies, abunde constat, ex eo, gum omnium
quod sacerdotum ordinem, quorum ex concionibus petendæ sunt & honestatis
omnes pie pureq; uiuendi leges, in hanc tantam, tam prauā & despe-
ratam uitæ turpitudinem, quam coram uideamus, præcipitauit, ita
quidem, ut ab hoc ordine, qui debebat alij prælucere, nihil non fec-
eris, flagitijs, probri, & dedecoroselabis in reliquum populum, & in
omnes pariter ordines inundarit. Quæ enim leges, quæ recta im-
pollute uiuendi ratio consistere possit, adeo ad omnem uitæ impuri-
tatem abieco sacerdotio?

Huic demonstrationi non tu modo, sed nec illi qui in oppugnan-
da religione Christi te multo sunt exercitatores, ulla ratione con-
tradicere poterunt.

Interim non ignorō plerasq; bonas mentes, et si uident conclu- De preiudicio
sionem istam refelli non posse, tamen non parum turbari inde, quod S. Patrum de
concordi omnium patrum, qui quidem extant, sententia constet, cre
ditum ueteribus esse, præstare coelibes præfici Ecclesiis, quam mari-
tos: et uitio esse dandum, si quis a Monastice ad coniugium reflectat.
celibatu.

Hos rogatos uelim, ut hæc pie, & uelut coram Domino consy- Verbum Dei
derare uelint. Primum, quando dijudicandum est de rebus ad reli- in òni iudicio
gionem pertinentibus, oportere nos in primis, & tota mente in uer- pri-
bum Dei respicere: et ex hoc solo iudicium de his rebus facere, atque de relig. pri-
illud ipsum uerbum anteserre omni humanæ authoritati, etiam si nū inspiciendū
confensu nitatur illa multorum saeculorum: & tanto anteferre,
 quanto Deus Creator antecellit omnibus in uniuersum creaturis.

Deinde

2. Tēs. 2.
Matth. 24.
Lūcē 17.
Ad Iānuariū
Epist. 18
Christianorū
seruitus.

Deinde cogitent Spīritū sanctū esse testatum, Antichristū iam ipso Apostolorum tempore, mysterium coepisse agere iniquitatis, & dixisse Dominum, ab huius imposturis etiam piorum electorum animos ægre seruari posse, donec reuelaretur. Cogitent etiam D. Augustinum esse questum, suo iam tempore plena fuisse omnia, humanis præsumptionibus, & religionem nostram, quam misericordia Dei uoluit maxime liberam esse, tot seruilibus oneribus op̄ preslam, ut tolerabilior esset conditio Iudeorum, quam nostra. Quod indubie fieri non potuit, nisi illa humanæ præsumptiones & onera seruilia, multorum bonorum alioqui hominum, comprobatione ita obtinuerint.

Innata nobis
supersticio reli-
giosum iudi-
cat quicquid
uidet repugna-
re, & molestū
esse naturæ.
Paphnutius
ministros ma-
ritos defendit.
Cōcil. Gangr.
decretum de
presb. maritis

Canō. 4. , ,
Distinct. 30.

Perpendant denique & hoc: præpostero quodam naturæ uitiae, & iudicio, & superstitione fieri, ut vulgo omnem uiuendi rationem homines eo sanctiorem putent, quo corpori quæc minus parcit, & a communī ratione uiuendi longius recedit, etiam si ad ueram pietatem non perinde conserat. Quod uitium Apostolorum iam tempore non paucos a uia seduxerat, ut legimus Colos. secundo. Eaq̄ supersticio, sic aucta fuit temporibus, & tandem ita inualuit, ut nisi Paphnutius Episcopus obstitisset, periculum fuerit, ne Synodus illa maxima, & laudatissima Niceæ celebrata, uetusset Episcopis, Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis, cū suis uxoribus habere consuetudinem. Paulo post, hæc præposta & male intellecta cura casitatis eo peruersit, ut oportuerit patres Gangreæ collectos, occurrere illi autoritate Synodalī. Nā hi non unū fecerunt in eam rem decreta, inter quæ & illud habetur.

Si quis iudicet esse discedendum a presbytero marito, quasi non oporteat eo ministrante participare oblatione, anathema sit. Gratianus affirmat hoc caput iam olim non habere uim ullam, eo qđ cauſa eius, Manichæorū sc̄z hæresis, qui nuptias ut impuras damnabant, abolita sit, & quod factum fuerit hoc decretum, anteq̄ nuptiæ prohibitæ essent sacerdotibus. Atqui patres ipsi, qui Gangreæ cōuenierunt, & qui decretum hoc fecerunt, hanc decreti sui causam cōmemorant, quod illi qui cum Eustathio quodam sentiebant, inter cæreros suos errores & hæreticas obseruationes, erant etiam in ea super-

ea superstitione, ut Presbyteros maritos contemnerent, & sacramenta ab illis administrata non attingerent, & condemnarent tam eos, qui ad horum ministeria conuenirent, quam eos qui illa administrarent. De Manichæis nihil meminerunt. Ex Encratitis enim fuisse huius.

dentur, contra quos illa decreta facta sunt.

Sed quicunque tandem haeretici caussam huic decreto dederunt, dñmanifestum est, caussam decreti huius orthodoxi fuisse, quod nuptiæ, putabantur esse indignæ sacro ministerio. Hoc ipsum Patres isti recte iudicarunt esse contra scripturam: adeoç ex iure diuino, cōtra quod aliquid statuere posterioribus nō licuit, decreuerunt habendos esse, tanquam anathema, quicunq; sacerdotem ideo reīciunt, & ministerium eius uitant, quod sit uxori legitime coniunctus. Idem ergo cum tui homines Latome faciant, nec tempus ullum certe, nec ulla caussa eos hoc anathemate soluerit.

Horum igitur Patrum uerustiorū authoritas, quæ & uerbo Dei nititur, & ob id in Oriente & Occidente per Hispanias, & Germaniā diutissime obtinuit, opponenda est authoritatī posteriorum illorū Patrum, quam uos contra maiestatem uerbi diuini factatis.

Fatendum enim est omnino, plerosque ex Patribus, coelibatum plus æquo laudasse, & sanctitati coniugij non plene tribuisse illud, quod ei tribuit doctrina Dei. Volunt illi quidē alieni esse a blasphemia hereticorum, qui impuri aliquid inesse coniugio criminati sunt: quodç Chrysost. non raro testatur, idē prædicant & alij Sancti Patres, uidelicet, Coniugium non esse rem impuram, sed negotiosam, *τὸν ἀκολαπόιον ἀλλὰ ἀχελαῖον οὐ γάμος*. At cum & ipsi coniugium alienum esse uolunt non solum a sanctitate clericorū, uerum etiam ab omni ratione, et uitæ genere, quod proprio Deo dicatū esse creditur, profecto nimis prope ad id accesserunt, quod in haereticis recte damnarunt.

Horum ergo Patrum sententiae, cum primis objiciatur, ut dictū est, authoritas uerbi diuini, cui certe hi Patres, & sua, & omnium aliorum scripta, & decreta postponi debere, ipsi docuerunt: tum etiā auctoritas eorum Patrum, quos constat hac in re cum scriptura plenius consensisse; quæ quidem authoritas in Græcis etiamnum Ecclesiis

coelibatus laudatores immodi dici.

ualet. Idque ex decreto Concilij Constantinopolitani celebrati in paliatio Cæsaris, cui nomen Trullo erat, quod Concilium, sextam Sy nodum uocant, Nam Canone XIII hoc Concilium ita decreuit.

Decret. Sy „ Si quis ausit mouere contra Canones Apostolicos, & ex ijs quod nodi sex- „ , sacris dediti sunt, siue presbyteros, siue diaconos, siue subdiaconos
te. De cō „ , remouere a consuetudine & societate uxoris legitimæ, deponatur.
iugio Sa- „ , similiter si presbyter aut diaconus uxorem suam religionis prætextu
cerdotū. „ , se rejeciat, is excōmunicetur, & si in eo perseueret deponatur.

Gregorius 7. Ita & apud nos Germanos, eadem sententia de coniugio retenta est usq; ad Gregorium Septimū, non hac in re solum infeliciter durū Pontificem Romanum, qui ui potius q; ratione & iusta autoritate, sacerdotibus Germanis matrimonii eripuit, grauissima per Ecclesias excitata perturbatione. Scribit enim de hac infelici audacia huius

Papa Cœlib. Pontificis Sigebertus Gemblacensis in suo Chronico, tā graue scandalum ex ea fuisse natum, ut nullius hæresis tempore, sancta Ecclesia grauiorī schismate diuisa fuerit, dum paucissimi quidam cōtinerent aliqui continentiam simularent quæstus & auaritiae cauilla, complures etiam periurio et multiplici adulterio, scelus accumularēt sceleri. Lege hoc loco reliqua, in hoc Scriptore, & agnosce fructus Latome, doctrinæ dæmoniorum, tuę nouę mortificationis carnis, nouę crucis ferendæ post Christum, & uiolentiæ faciendæ regno coelorum.

Nota uerū te- stim. Sigeberii Tu scribis apparere ex ueteribus Patrum decretis, Ex maritis aliis quando sacerdotes fieri licuisse, idq; opinari te factum ordinis penuria sacerdotia. Pluto te uelle dicere penuriam eorum, qui coelibem uitam degere, illius Ecclesiæ populum, & tuę Ecclesiæ turbā propius introspicere, & inter se confer: ac tum iudica, utri Ecclesiæ penuria tribui debeat castrantium se propter regnum coelorum: illine ueteri, quæ quotidie fere multos Dominō transmittebat, qui propter regnum Dei, nō modo uxores, sed uitam ipsam fortissime relinquebant, qui Christi causa non solum molestiam coelibatus, sed extremos etiā cruciatus ambo subibant: an huic tuę, in qua adeo non multos ostendere posse, qui soedi sima scorta, & sacrilegij accumulata sacerdotia propter Christum & Ecclesiam eius abijcere sustineret, aut ullū pro Europa gelio

Quod differ- men inter nos & ueteres Pa- tria. Plato te uelle dicere penuriam eorum, qui coelibem uitam degere, aut matrimonium abdicare uellent. Id si sentis, te quælo princeps illius Ecclesiæ populum, & tuę Ecclesiæ turbā propius introspicere,

gelio laborem periculum suscipere? Nemo Latome, nemo eorum Hodi paucio
 qui ueteris ac primæ Ecclesiæ historiam tenent, & mores nostri secu^{re} res ad coelib.
 li considerant, non fatebitur hodie multo pauciores uero coelibatu*m* apti, quā tem-
 idoncos existere, quam temporibus Apostolorum & Martyrum ex pone Apostol.
 titerint. Si igitur sanctissimos illos, uerecū castos patres, penuria eorū
 qui donum coelibatus accepissent, quæ ipsorum, quanquā optimo
 Ecclesiæ tempore, suit, permouit, ut maritos ad sacerdotium admittē-
 rent: unde ista in uobis tā p̄aeposterā seueritas, ut patres illos nō in
 eo simitemini, hoc presertim nō tam corrupto seculo, in quo multo,
 quam primæ Ecclesiæ tempore, maior eorum inopia est, qui se ca-
 strant propter regnum celorum. Sed primis illis Ecclesiarum cu^r
 ratoribus, non tam penuria coelibem uitam profitentium, quam san^{cti} in sacerd. eli-
 etas matrimonij causa fuit, ut maritos a sacerdotio non exclude-
 rent. Sapiebant enim & iudicabant ex uerbo Dei, ex eoque dide-
 rant, nihil inesse sancto matrimonio impuri, nihil indignum sacer-
 dotio.

Hæc omnibus, qui filij Dei sunt, & qui salutem Ecclesiarum quæ-
 runt, satis superque disiiciēt eam nebulam, quam aduersarij ueritatis
 offendunt splendori uerbi diuini ex autoritate S. Patrum, & cons-
 sensu tam diuturno Occidentalium Ecclesiarum, de coelibatus sacer-
 dotum. Clare enim uidebunt, horum sententiam, & cum uerbo Do-
 mini minime consentire, & Ecclesiis Dei supra quam dīci possit nos-
 xiam fuisse.

Quod autem ad te Latome, & impurissimam illam turbam at-
 tener, quam tu defendis, satis fuerit, uobis autoritatem ueterum in
 hac causa obiectibus, hæc regerere: uidelicet, sanctos Patres, qui
 coelibatum in sacerdotio tantopere postularunt, ex animo spes-
 etasse, & quæsiisse eo ueram solidam p̄ Sacerdotum sanctimoniam:
 quam uos ne respicitis quidem, sed penitus euertitis, dum nihil ali⁹
 ud a Sacerdotibus exigitis, quā ne quis uxorem legitimam habeat.
 Illi certe neminem in sacro ministerio pertulerunt, qui esset modo su-
 spectus de fornicatione: aut qui ullam secum mulierē haberet, p̄a-
 ter marrem, & sororem, ita ut Canones, quos hic nobis obiectis p̄e-
 cipiunt: tantum abest, ut in fornicatione depræhensos in ministerio.

N ñ fuerint

*Omnia uitia se
runtur in Sa-
cerd. dum no
sint mariti.*

fuerint relicturi. Maritos uero ex sacerdotibus factos, & si nō in ministerio, tamen in communione laica reliquerunt. Vos autem nullos incestus, nulla stupra, nulla spectatris adulteria: Hoc unum magna crudelitate punitis, honestam & piam si quis habeat coniugem. Nec satis est uobis eum depulisse ministerio: Coniugem etiam eripitis eis potestis, aut eum cum uxore proscribitis, & exterminatis. Qua in re clarissimum de uobis testimonium ipsi datis: Nihil uos aliud, quam sacram coniugium damnare & prohibere: Aperte vindicantes dogma dæmoniorum & legem Antichristi.

*Chrysost. in
1. Timoth. Ho
mil. 13.*

Diuis Chrysostomus scripsit: Quæ uidua non ideo a coniugio abstinet, ut eo magis dedat se timori Dei, et bonis operibus: dumque uidua est, ista non studet reipsa præstare, eam abstinendo a coniugio coniugium damnare. Vos ergo cum non exigitis, non modo ut vestri cœlibes incubant rebus diuinis, uerum ne hoc quidem, ne in pure & flagitiose uiuant postulatis, an non palam profitemini uos esse matrimonij hostes, & assertores doctrinæ dæmoniorum?

*Papistæ Cano
nū violatores.*

Cum igitur Canones omnes, qui sunt de castitate & sanctimonialibus clericorum, ipsi plane conculcetis nec ulla parte illis obtemperetis, (nec enim illi simpliciter iubent Sacerdotes abstinere coniugio, sed modis omnibus caste sancteque uiuere) nulla potestis ratione hos nobis Canones, uel sanctorum Patrum autoritatem obijcere. Quod ius in nos ualere uultis, id & ipsi præstare debetis, quod cerre non potes ignorare, cum te lureconsultum profitearis.

Vos autem hos Canones, quos nobis obijcitis, qua parte Jus Dei in se continent, & a Sacerdotio arcent impuros scortatores, adulteros, & secum souetes alienas mulieres, penitus antiquatis & rideatis: & qua parte cum iure diuino non consentiunt, interdicentes matrimonium, ea parte nobis illos obijcitis, cum tamen constet hos Canones non id requirere, ut quis careat legitima uxore, quod uos soli requiritis, sed ut abstinens ab omni muliere, castam & Angelicam uitam in ministerio præstet, solum intentus rebus diuinis, procurandæque saluti populi Christi, quod uos nihil sollicitos habet.

At uero dices forsitan, Hic est abusus, quem cupio emendari. Sed quod sequitur sententiam Patrum, maluimus cœlibes, quam maritos in facie?

in sacerdotio, non caret tamen ratione. Neque enim leuiculum est quod sancti Patres omnes tantopere urgent: coniugii enim quam
tumilibet sancta & diuina coniunctio sit, tamen sacerdotalibus actio-
nibus aliquod impedimentum adferre, eo quod teste Apostolo & in
tercipiat pijs preces, & oneret cura seculari. Apostolum enim te-
stari pijs coniugib; cum se dedere uolunt ieiunijs & precibus, abstis-
nendum esse a congressu connubij. Et eos qui iuncti sunt matrimonio
nō sollicitos esse de rebus mundi, quo modo quisque placeat coniug-
is solitos matrimonio sollicitos esse de rebus Domini, ut illi se se ap-
probent. Vnde ex priore loco talem sancti patres rationem collige-
re soleant, lis qui in coniugio sunt abstinendum est, sententia Spiritus
sancti a commercio connubiali, cum dedere se uolunt ieiunio & pre-
cibus. Sacerdotibus perpetuo incumbendum est ieiunio & precibus.
Ergo uxor neducenda quidem est, quandoquidē uxori debita con-
iugij benevolentia, aliquando saltem, reddi debeat.

Sancti Patres Latome, qui uere coelibem uitam & propter regnum
celorum degeabant, potuerunt hæc utcunque probabiliiter dicere:
nam erant assidue & uerc ieiunijs & precationibus intenti, atque hoc
ipsum eo referebat, ut salutari doctrina, & disciplina fructuosius ins-
ervirent Ecclesiis. Hæc autem omnia qua fronte obijicitur cum apud
uos, quid uerum gratumq; Deo ieiunium sit, & quæ religio accusa-
tius supplicandi Deo publice ignoretur. Attramen ne quid in hac dis-
putatione dissimulem, expendamus & hæc Apostoli uerba.

Iusserat Apostolus uirum uxori, & uxorem uiro debitam benes-
uolentiam reddere, hac subiecta ratione, quod neuter sui corporis po-
testatem haberet, sed alter alterius: post addidit, Nolite uos iniuriam
fraudare, debita scilicet illa benevolentia connubij, nisi quid fiat ex
consensu, ^{lxx. xxviii. 17.} id est, ut uacantes alijs rebus, ieiunio & orationi
incubatis: nō dicit ut oretis, & addit ieiuniū. Non est igitur loquutus
hic Apostolus de his precibus, quas alibi iubet esse perpetuas, & assi-
duas. Verum de ijs, quas certis temporibus conuenit habere graz-
uiores, adeoq; cum ieiunio. Nam alioqt; nec ijs qui sunt extra Sacer-
dotale ordinem positi, liceret coniugio dare operam cū & ipsis incess-
anter orandum sit, hoc est, pijs uotis auxilium Dei sine intermissione

implorandum. Istud autem officium precandi, sicut non intercedit, aut perit apud eos, qui uete Deum timent, sumptione cibi & potus, non somno, uel alijs actionibus pertinentibus ad uitæ præsentis usum; ita moderatus in coniugio congressus nec potest animum atque loqui de Deo cogitantem, deq; salute sua sollicitum impedire, quo minus Deum frequenter imploret, & bona conscientia inuocet.

Benedictionem Dei uocat scriptura fructum uentris, & Paulus ex spiritu Dei præcipit coniugib; ut hanc benevolentiam inuicem sibi tanquam debitam reddant, nec ea se defraudent. Ergo in hoc matrimonij officio non potest aliquid inesse re ipsa, quod Deo displiceat, aut perpetuam illam inuocationem nominis Dei per Christum seruatorem impeditat. Admiserit quidem se libido quedam & ardor inuisus uitæ, non admiserit aut ingerit illa secundum actionem huius uitæ non contaminat & uitiat?

Ratio grauiorum supplicacionum. Ad grauiores autem illas supplicationes, quibus etiam ieiunium adhibendum est, expedient se filii Dei, & sanctificant, abdicatione, non modo congressus maritalis, sed semel omnium rerum præsens uitæ, omnium negotiorum, omnis cibi, potus, somni, torosque se se prosternunt & humiliant coram Deo, implorandæq; misericordiæ Dei incubunt. Ad huiusmodi uero supplicationes, & ad quælibet functionem grauiorem S. ministerij, quid uerat & pios Sacerdotes, etiamsi mariti sunt, digne se preparare, & idoneos præstare cum corpore tum animo: Hoc studium religionis non frigescit sanctum matrimonij munus & usus, in tot, tamq; prestantibus & sanctis viris, Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Martyribus, aliisque Patribus Ecclesiæ, qui mariti fuerunt: Aderit igitur & nobis suo Spiritu Dominus, ut quanq; obstricti coniugio, tamen & publicas Ecclesiæ preces, & reliquas omneis sancti ministerij partes, nec irreligiose, nec impure, nec irreuerenter administremus.

De uet. & nom uæ legis ministris. Hic non ignoramus urgere Patres, quod sacerdotibus noui Testamenti subinde ministrandum est in sacris, & prope quotidie, non per uices, ut in Leuitico Sacerdotio, in quo certum dabatur Sacerdotibus tempus curandæ rei domesticæ, & subducendi se ministerij Tabernacula;

bernaculi, uel templi. Vere quidem hoc dicitur, sed quid uerat, ut nos
sri Sacerdotes, quanquam mariti, non possint etiam in frequentiori
ministerio præstare idoneam continentiam, dignamq; uitæ puritas
tem? Nec enim quæ in Domino contrahuntur matrimonia norunt
ullam, quæ diuellat & abstrahat a Deo, intemperantiam, tantum ab
est ut exerceant pudenda illa lenocinia, & foedas ineptias, quas Al-
phonsus immemor cauſæ & personæ ſuæ, tribuit & affingit sancto
coniugio: quæ quidem omnia mutuatus eſt a fuorum hominum ex-
emplis, cum palam, & ſine omni pudore, in foedissimis amoribus in-
ſaniunt, id quod ipſi rident Epicureorum more, pīj autem omnes de-
plorant. Noli Larome neq; ex damnatis & impuris amoribus, neq;
ex eorum etiam coniugum more, qui carniſ uoluptatem in coniu-
gio præcipue ſpectant, estimare matrimonia Christianorum, nedū
Christianorum Sacerdotum.

Apostolifratteſ Domini, & Cæphas ipſe circunducebant ſuas ^{1. Corinth. 9.}
uxores, ut Paulus teſtatur, at quia religione ſorores erant, præstabat
etiam illæ ſe ſacri ministerij ſocias, ut propter eas, nec precationes,
nec aliae S. ministerij partes omittentur. Non ſum neſcius, quo de-
torquete uelint quidam hunc locum Pauli: ſed uetusiores consenti-
unt, Paulum hic de uxoribus Apoſtolorum locutum eſſe.

Negabis fortalſe nunc eſſe tales Sacerdotes, qui tam religioſe u-
ſum matrimonij temperent, & ſacro ſeruire ministerio faciant. Hic
rurus hoc primum repondeo, ne ex uelaſta diſſolutione, de aliorum
diſciplina iudicetis, quos certis argumentis uidetis timere Deū, nec
ut uos plæricq; facitis poſhabere gratiæ, dignitati, & opibus liberam
Christi confeſſionem, & dignam Christiana conſtantia uitiorum re-
preheſionem.

Sed concedamus ut hoc ſeculo non multi exiſtant (& ſi gratia
Paracleti, qui largitur & format uerā ſanctimoniam, effecta nō ſit.)
qui coniugio tam ſancte utantur, quam decet eos, qui religionem a-
Ihs, & frequentioribus, quam apud ueterem Iſraelem, ministerijs ad-
ministrant: quid igitur ſtatuetis: pergetis ne propterea Sacerdoribus
interdicto matrimonio concedere ſcorta, id quod maxima turpitudi-
ninet or ſeculi ſine ullo pudore facitis? Quin Spiriṭum ſanctum, hac
in re

Matrim. pio-
rum nō abſtra-
hū à Deo per
intemperatiā.

in re sequimur, qui solus nouit, quid in homine sit, quid ipse cuique largiri uelit, quid ad ueram ministerij sanctitatē maxime conferat, quid denique ad solidam Ecclesiæ ædificationem sit utilissimum. Hic uero mauult quamlibet benigne concedere & indulgere in coniugio, quæcunque non excludunt sanctificationem Christi, ut ab iis probris conferuet, quæ non solū ab Ecclesiæ ministerio, sed ab ipsa quoque Ecclesia, & omni consortio Christi homines excludunt, quam hac in re quæcumque sic adstringere & uincire, ut periculum sit ne turpi libidine contaminetur & auellatur a Christo. Hinc est quod non solum concessit, sed præcepit etiā ihs, qui in coniugio sunt, & omnibus, ne facerent quidem exceptis, ut benevolentiam coniugalem mutuo sibi reddant: & uocat eā debitā benevolentiam, & addit rationē, qđ neuter coniugii, sui, sed alter in alterius corpus potestatem & ius habeat.

Cumque loqueretur de ea ipsa, de qua disputamus, intermissione usus coniugij propter preces, uide obsecro, quanta omnia causatione præceperit. Nolite, inquit, uos inuicem fraudare, hocque pretmittit, tanquam præcipuum in ista præceptione. Fraudem ac iniuriam uocat, subducere coniugi non consentienti opus coniugij, etiam religionis caussa, quoniam antea ex præcepto Dei dixerat, debitam hanc esse benevolentiam. Summum enim cultum Deus in officiis illis ponit, quibus inseruitur proximo: quamobrem alibi iubet hostiam apud altare relinquere, & sacrificium offerendum Deo differre, donec placetur homo, qui sit offensus, & forsan temere. Deinde subiicit Apostolus, Nisi si quid. Vide imminutem particulam, si quid. Nec tamen hoc tam in odici temporis interuallum ad secessum probat, nisi fiat ex consensu alterius coniugis. En admirandam Dei patris bonitatem & indulgentiam in homines. Admirandam sane his qui ex uerbo eius omnia estimant: ridiculam autem & cōtemptam apud uestros, qui humanas traditiones uerbo Dei anteponunt, et fusum castitatis, quam castitatem ipsam pluris faciunt. Nec enim ieiuniorum quidem, aut precationum caussa cōcedit, ut secubet aliquis, non consentiente coniuge. Hoc ipsum uero, Deus bone, quam iniquum, quam profanum, pollutum, immundum, carnale, seque int̄ dignum putat humana sapientia, & sanctitas mundi, parens inter-

Matth. 5.

tim scor

rim scortationum, adulteriorum, & omnis nefariæ libidinis? Ne
 Satis ne igitur his uerbis indulgentiam suam Deus expressit? Ne
 quaquam. Adiicit enim ad tempus, nec ~~xpi~~ sed ~~xip~~ dicit, ut claris-
 us exprimat, oportere adesse singularē & cauillam, & opportunitatē
 uacandi ieunijs & precibus, ut consuetudo matrimonij propterea
 sit intermitenda. Tum addit, Et rursum conuenite. Et istud ergo
 præcipere decebat sapientiam & sanctitatem Dei quidem, at non ue-
 stram. Et quod hæc non indigna Deo sit præceptio, pīj homines ex Hypocrisis
 subiecta causa facile agnoscunt, ut cunctū os ista rideatis & exibilez hum, uult pru-
 tis. Ne tentet uos Satanus. Vnde uero hoc periculum? Propter intē- dentior & se-
 perantiam uestram. Quid ita sanctissime Deus, qui solus sanctus es,
 ac ueram sanctitatem largiris? ita ne indulges tuorum intemperatiæ, spici.
 preces, ad pugnas, ad crucē uocaret, nec quicq; uellet indulgere carni.
 At qui ad pias orationes, ad certamen spiritus cōtra carnem, ad por-
 tandam crucem Christi, nec Latomus, nec ulli homines diligentius
 uocabunt, & urgebunt magis, quam Deus ipse, cuius hæc omnia
 propria & præcepta & dona sunt. Vnde igitur ista in speciem mas-
 for in hominibus seueritas, quam in ipso Deo? Sanctarum precati-
 onum, dimicatio nis contra ueterem hominē, & crucis Christi, nos-
 mina illi tenent, rebus ipsis non adsueuerunt, nec uim earum per-
 spectam habent; uolo enim nunc audaciam horum uerbo notare
 humaniore.

Sed dices, Apostolum hic adiecitse, Hoc autem dico secundum Quid, Non se-
 ueniam, non secundum præceptum, fateor: Coniuges enim, si mus cundum præ-
 tuo consensu, per longum tempus, aut etiam perpetuo uelint absti- ceptum, sed se-
 nere ab actione & opere coniugali, ut sic melius incumbant actioni- cundum uenia
 bus magis religiosis: hoc Spiritus sanctus uoluit eis integrum relin dico.
 quere. Sed quemadmodum ijs, qui se non continent, qui uruntur, &
 in discrimine sunt illegitimē ueneris, dixit, & non secundū indulgen-
 tiā, sed secundum præceptum, ut connubij remedium adhibeant,
 quod magis hoc eis cōducit, quam si urantur: Ita etiam hoc præcep-
 tum est, non indulgentia, quo ijs qui in coniugio sunt, præcepit ut
 debitam sibi mutuo reddant benevolentiam, nec ea se defraudent,

*Indulgentia
quid Paulo.*

Rom. 3.

*Vsus coniugij
non est uitium.*

nisi utroque consentiente, & ut post intermissionem factam congregantur, si periculum sit, ne propter intemperantiam a Satana tentantur. *οὐ γάρ μου* hīc, id est uenia uel indulgentia, non est licentia rei uirtiosae, uel displicentis Deo, ut uisum est nonnullis ueteribus. Nihil enim quod uitiosum est, Deus indulgere potest, aut cōcedere. Sed est permīssio rei quāe per se quidem non pertinet ad uitam Deo gratam, sed utilis tamen est certis hominibus in hac uita, quo perueniant ad illam alteram. Ut illos inquam propter adh̄rens, & innatum illis uitium intemperantiae, & infidias diaboli, Deus enim non iubet auconcedit facere malum, ut bonum inde proueniat, uel etiam ut grāuius malum uitetur, sicut uitijs & peccatis medentur, non quāe mala sunt & uitiosa, sed quāe bona & officiosa.

Quod igitur dixit, in idem redite, sicut illa, Ne fraudate uos inuidicem. Item, alter alteri debitam benevolentiam reddat, ijs qui alioz qui in discrimine sunt, propter suam intemperantiam, ne euertantur a Satana, non tam est indulgentia, quam præceptum, & præceptum pertinens ad omnes, qui in coniugio sunt, etiam si pariter sacro sunt addicti ministerio. Reddere igitur benevolentiam cōiugij debitam, & ad illam a ieiunijs & precationibus redire, non est in se uitiosum, aut restalis, quāe uel impedimento sit, aut obstaculum iniiciat, quo minus pīj coniuges possint suo tempore etiam se dedere idoneis & uere religiosis ieiunijs & precationibus. Cum enim & hanc uocatio nem suo tempore Deus requirat a suis, licet uiuentibus in matrimonio, & simul his ipsis præcipiat, se mutuo coniugij usū non defraudare, sed in idem rursus conuenire: consequitur necessario, ueruptos maritos & uxores, dono & adiutorio Christi, sic uisum matrimonij sui facile esse temperaturos, ut & debita benevolentia se non fraudent ipsi (debita inquam, ex officio pīo rum coniugum, non ex libidine ignorantium Deum), & sanctis etiam ieiunijs atque precationibus incumbant, & Ecclesiae ministeria religiose perficiant. Nec enim potest Deus suis præcipere, quāe inter se pugnant, & non possunt ipso iuuante simul, quodcū tamen suo tempore, ab illis præstari.

*Coniugio reli-
gionis actio-* Planum igitur factum & hoc est, matrimonium nec ex eo indu-

gnūm esse sacerdotali ordine, quod morā adserat functionibus sa-

cēdoti-

cerdotij, intercipiendo scilicet prias preces, siue illas perpetuas, siue quas *nes non inter-*
statis temporibus haberi conuenit religiosiores. Perspicuum enim cipiuntur.
est ex ipso uerbo Domini, coiugij usum nullam religionis actionem
intercipere, sed adiuuare etiam, in ijs omnibus, qui ad matrimonij
um facti & uocati sunt, ac illud in Domino initum pie colunt.

Sed tamen qui soluti matrimonio sunt, inquies, studere sacratis
oribus actionibus religionis & amplius & commodius possunt.
Verum est: possunt: sed ideo non statim faciūt. Quam multos que-
so, dabis mihi, de quibus predicare possis, quod ieunijs & precibus
uacent & incumbant, ut olim quam plurimi sancti mariti uacarunt,
Patriarchae, Prophetae, Apostoli, Martyres?

Deinde ut coelibes omnes reuera plus incumbant his actionibus
religionis, ideo tamen non consequitur, eos etiam posse praecepua
atque omnino necessaria sancti ministerij munera implere. Nam
facile inuenias maritos, qui licet commoditate coelibatus destituti
sint, cetera tamen sacri ministerij officia, & magis necessaria cumulas
te praestant, cum doctrina, tum uita, ad quae plurimi coelibes sunt in-
epsi. Hic tu quid facies? Tu ne huiusmodi coelibes, qui ad sacrū min-
sterium idonei non sunt, propter istam non necessariam ad pie in Ec-
clesiis ministrandum, cōmodiratem praeferes maritis, qui sunt ad om-

Sed quorsum haec uobiscum instituitur disputatio, apud quos &
usus quotidianarū precum, & quæ precibus conuenit sanctimonia
omnis adeo deplorandum in modum intercidit & periret ut de sancti
oribus illis supplicationibus nihil dicam, de quibus quid uobis sus-
perest præter inania nomina, & quæ a nemine seruantur præcepta?
Nomina nimis & præcepta illa aduentus Domini, quem uocat,
Quadragesimæ, Quatuor temporum, uigilarum, præcipuarū festis
uitatum, quis enim apud uos his temporibus uera ieunia? quis uigi-
lias? quis supplicationes ueras habet? imo quis tenet eā rationē, qua
iuxta uerbum Domini, & instituta ueteris Ecclesiæ fieri illa debent?

Quod autē peccatur in uestra parte, nos nō purgat; et n̄ m nihilo,
minus est, uerū & priuatarū, er publicarū precū usum reuocare & re-
colere, quātū dei bñficio possumus. Et id sane uotis oibus optamus.

O ij Interim

Cōtumelia est Interim autem fas non est, eam nos facere Deo contumeliam, ut mutare, uel ad nobis hoc sumamus, intelligere nos melius, & nosse quid sacris ministrare ad uerbum sterijs adiumento sit, uel impedimento: quid decorū uel indecorum: uel etiam diligentius inuestigare nos & requirere, quae sunt illis cōmodo & ornamento. Sed enim Spiritus sanctus quo nemo & sancta rationem omnem ministerij, & sacrā etiam ad pias preces & ieiunia uacationem, uel magis expetere, uel rectius promouere potest: Episcopos & Presbyteros, ac reliquos religionis administratos uult esse maritos, non cœlibes: & que p̄i temperat̄ coniugij officia sunt, his non minus, quam alijs iniunxit. Admonuit autem simul, ut libidinem & cupiditatē omnē immoderatā religiose coerceant, ut coniugium per se sanctum, sancte etiam colant, & impollutum matrimonii cubile sua intemperantia ne polluant: cogitent & sua, & uxori corpora esse sancta Dei organa & templa, quorum sanctificationi perpetuo sit incumbendum, & elaborandum: ut sicut in alijs rebus, ita & in usu matrimonij carnis curam non habeat adeius concupiscentias: Verum induant magis magisq; D. nostrum Iesum Christum: ut & ad continuas illas & certas, uehementioresq; preces, & ieiunia, & ad reliqua omnia religionis officia, sint & corpore, & animo cum experditiones, tum ardentiores.

Contumel. est Hac satis fuerunt Christo Deo unico magistro nostro, qui uerum in Deum praeterquam ab ipso præcepta officia pietatis querere. Hec satis fuerunt Christo Deo unico magistro nostro, qui uerum ieiuniorum & precationum studium, nec minus reliquam S. ministerijs ueram sanctimoniam, tanto pluris quam nos possumus, facit, & soelicius excitat, quanto ipse nobis melior est. Quare si nos ad hæc pietatis excitanda officia fingere nobis alia uolumus, eam certe continentiam Deo facimus, ut nos & sanctiores & sapientiores, quam si ipse, faciamus. De eo iudicent qui sensum habent Domini.

Hec sint eis responsa, qui conantur ostendere, coniugium esse impedimento sacerdotalibus actionibus ideo, qđ Paulus requirere uidetur continentia a coniugibus, cū uolunt incumbere ieiunijs et precebus.

Videamus nunc etiam alterum argumentum, quo probare nos posse contenditis, coniugium sacerdotio impedimentum aliquod ad ferre, quod scilicet oneret cura seculari, Paulum enim scripsisse, eot qui in

qui in matrimonio sunt, curare ea quæ mundi sunt, ut alter alteri placeat: Ad quod respondemus. Primum, matrimonium quidem, quoniam curam uxoris & liberorum adserit, negotijs ad hanc uitam pertinentibus nonnihil onerare: sed quicquid huius tandem sit, Spis ritum sanctum tamen (id quod saepe diximus, & dicendū est saepius) maritos iussisse, non coelibes, in hunc ordinem S. ministerij assumi. Deinde si quis uxorem a Domino roget & impetraret sociam & adiutori uxorem, non solum uitam, sed ipsius etiam ministerij, eum certe per tricem, non solum uitam, sed ipsius etiam ministerij exonerari. Presbyteris sane opus est aliqua familia, domus eorum patere debent peregrinis, & ad Minist. opus fletis hominibus omnis generis. Nec sunt eae Presbyteris omniꝝ est famili. ad bus facultates, ut negotia domestica per ministros procurare omnia hospitalitatē possint. Dominus etiam, qui ad hoc munus tuū uxoriū uxorem finxit & tradidit viro, spiritu suo solet adesse piis uxoribus, ut in hac re maritos non parua molestia subleuent. Et iam inde a prima creatio nesci a Deo factae sunt, ut pleraque omnia domestica negotia, multo melius quā viri administrarent. Vnde est, quod & Paulus iunioribus uiduis hoc ipsum iniungit in 1 Cor. 11. 12, id est, administrare domum.

Hinc est, & quod Salomon uxorem œconomicam & sedulam dicit esse coronam viro suo, & sapientes uxores ædificare domum. *Cōmoda pie uxoris.*
Item qui inuenit uxorem, inuenit bonum, & perceperisse a Domino rem gratam & iucundam. Notum est quoque caput ultimum libri Frouer. 12. 18. huic, plenum præclaris laudibus honœ matris milias, quæ maritū 14. & 18. suum nō solum ad publica obeunda negotia expedit, & adiuuat, sed etiam honoratum & spectatum facit. Talem fuisse matrem suam erga suum patrem Episcopum D. Gregorius Nazianzenus in oratioꝝ „ Gregor. ne funebri sui patris, magnifice prædicat. Testatur enim eam suo parenti quanct̄ admodum laudato Episcopo, non solum adiutricem suis, „ Nazianze „ ni mater iste datam a deo, sed etiam ducem, quæ & sermone & opere perducet, „ uiri Episcopidux „ et doctrinam ad optimam quæque, tum & in his, quæ ad pietatem pertinet, eruditiret. Ideoque patrem ei dicit omnem domus administratioꝝ „ et doctrinam commississe.

At uero Dominus & hodie suos exaudit salutaria petentes, nec destituit ihs commodis, quæ cuique ad inserviendum uocationi suæ

O iij necessa

necessaria sunt; Proinde dubitari nō debet, Domintum & hodie suis fidelibus ministris daturum uxores, modo illi quærant & ab ipso pe-
tant, quæ profanis & domesticis curis liberent eos, & exonerent pod-
us quam premant.

Iis duntaxat curis, quæ cum S. ministerio minus congruant, &
actionibus sacerdotalibus impedimento sint. Nam diligere uxore,
ut Christus Ecclesiā dilexit, amare liberos, & educare in timore Do-
mini, bene præesse tori domui, curæ quidem iste sunt, & res externæ,
pertinentes ad uitam in hoc ævo transligendam, non tamen sunt curi-
domus, nō pro fana res, sed ræ, neque res prophanae & uiriatæ carnis, sed curæ ac res regni Christi,
digna pijs, eti am Episcopis.

Ephes. 5.

Administratio

1. Tim. 3.

1. Cor. 7.

sti, & nouæ creaturæ, in hoc etiamnum mundo filios Dei adiuuant
tis, & Deū glorificantis. Ideo Spiritus sanctus tam non fugit has
curas in Episcopis & Ecclesiæ ministris, ut requirat etiam. Qui,
inquit, domui suæ bene præsit, liberos habeat in omni subiectione &
honestate; ita nimirum eius cura & studio formatos & eductos. Imo
ab hac pia procuratione familiæ, Spiritus sanctus precipit iudicium
fieri, qui sunt ad Episcopatum idonei. Si enim quis, inquit, domui sue
non nouit præesse, Ecclesiæ Dei quomodo curabit?

Sed dices. Coniugium non has tantum pias & utiles, familiæ
sanctæ procurandi, verum alias quoque curas omnino profanas &
ineptas adducit; quæ non patiuntur, ut Domino quis adhæreat o-
tus, & assidue: Cum Diuus Paulus ita scripserit. Qui absque con-
iuge est, sollicitus est de ihs rebus, quæ Domini sunt, quomodo placeat o-
at Domino; qui autem uxori habet, is sollicitus est de rebus mundi,
quomodo placeat uxori. Diuersa res est uxor, & virgo: innupta so-
licita est de ihs rebus, quæ Domini sunt, ut sit sancta & corpore & spi-
ritu: quæ nupta est, sollicita est de rebus mundi, quomodo placeat ui-
ro. Hoc autem dico ad utilitatem uestram, nō ut laqueum uobis ins-
diuulse adhæreatis.

Nō omnes con-

Nouimus & nos Latome, & hæc Apostoli uerba sape pondera-
iugati res hu- mus. Tu ne autem ex hoc loco, affirmabis omnes maritos & uxori-
ius mundi tan- res, ita res huius mundi curare, & quæ Domini sunt ita negligere, ut
tum curant. tantum studeant quomodo placeant alter alteri, non etiā ut placeat & adhæ-

& adhærent indiuulse Domino? Contra uero, eos qui coelibem uitam agunt, sic ab omni alia cura propterea liberos & expeditos esse, ut tantum ea spectent & agant, quae Domini sunt, & hoc unum studeant, quomodo placeant & semper adhærent Domino, sintque sancti & corpore & spiritu?

Verum entinuero de Zacharia & Elizabeth coniugibus ita scrip*Luce 1.*

ptum est. Erant ambo iusti coram Deo, uersantes in omnibus præceptis & iustificationibus Domini, irreprehensibiles. Tales profecto quamplurimi & olim in matrimonio fuerunt, & hodie sunt; cum insuper nullum aliud genus hominum magis curet ea quae mundi sunt, & quae Christi sunt magis negligat & contemnat, quam uestri coelites. Non igitur omnibus coniugibus profanam illam curam Apostolus tribuit, quae mentem auocat a Christo, nec omnibus qui sunt ueat curam & amorem mundi. Sed ostendit quid plerique fieri soleantur, quando non ambo coniuges addicti sunt Christo, si ne diffidentia.

Et enim cum in Domino matrimonium contrahitur, uir uxorius caput est, ut Christus Ecclesiae suæ: uxor uiro corpus & adjutorium adhærens ei & subdita, ut Ecclesia Christo. Et sic in Domino coniuncti, mutuo se iuuant & subleuant in curis omnibus, quae cadunt in hanc uitam, & omnino uitari non possunt. Et si qua talis incidit soli cito, quae uel interpellare possit, aut impedire studium erga Christum ibi certe pro ea, quae est inter ipsos, fide & benevolentia, mutuis consolationibus & exhortationibus, alter alterum erigunt, & excitant. Sic enim alter alteri placere studet, utipræcepit eis Dominus, ui-

*Ratio uere
Christiani con-
iugij nihil mo-
lesti habens.*

*Ephes. 5. **

ro scilicet, ut uxorem diligat sicut Christus Ecclesiam suam. Vxori autem ut uiro sit coniunctissima, & obedientissima, sicut Ecclesia est capitum suo Christo. Qua in re, sicut in reliqua omni uita, scopum hunc præfixū habent, ut Domino placeant, illicque prorsus adhærent, & in serantur. Quae enim ad uitam præsentem in Domino peragendam pertinent, quanquam externa sunt & carnalia, tamen ut dictum est, sunt actiones & negotia non mundi uel carnis, uerum ipsius Domini &

ni & spiritus qui pios in his omnibus, & excitat & gubernat. Confessunt enim & ipsa suo modo ad glorificandum nomen Dei, & ad aplificandum regnum eius. Quapropter & a Deo sancte precepta sunt, & inter bona opera, quibus ampliā mercedē promisit, numerantur.

**Vxorem com
modam Deus
non negat se
petentibus.**

Sed non omnes, inquis, poterunt tales uel uxores, uel maritos consequi. Recte. Dominus autem dixit, nec mentietur, petite & accid pietis, querite & inuenietis. Quidquid autem de coelibitate coniugii Dominus cuique largiatur, & quidquid tandem obiici possit, & alle gari de incommodis matrimonij, tamen certum, & ex uerbis Pauli sunt prae demonstratum est, ihs qui ad matrimonium uocati sunt, coelibatum iniucere laqueum, & perniciosis curis atque difficultatibus carnis & mundi totos demergere, & a Domino prorsus auellere: tantu abest, ut curas et cogitationes impuras et profanas in ipsis imminentia, & ad uerum Dei cultum alacriores faciat et castimoniam praestet. Demonstratum est & illud ex uerbo Domini, quascunq; tandem profanas sollicitudines, molestias, & incomoda secum trahat & adserat matrimonium, tamen Spiritum sanctum in Episcopatu, et omnifaci ente ministerio, pios maritos, non coelibes requirere.

Porro nec quidem hac de re, quid curis profanis expedit, uel implicet, quid studii & amore erga Deum accendat, uel restinguat, quid cum Dño nos coniungat, uel ab eo diuellerat & abstrahat causa est cur uobiscum prolixius uerba faciamus. Nā ne ī quidem, qui apud uos de coelibatu maxime gloriantur, norunt, siquidē ex uita & professione eorum de ipsis iudicandum sit, ut est, que res et curae sint regni Dei: tam abest, ut harum se rerum gratia matrimonio abdicarent.

Negotia Dei,

Res enim & negotia Domini omnibus rite doctis ad regnum Dei constat esse solidam in Christum fidem, synceram Euangeliū cōfessiōnem & prædicationem, religiosas precationes, sanctam Sacramen torum tractationem et perceptionem, eleemosinarum sedulam præcurationem, rerum quas poscit necessitas corporis, usum exactum ad præcepta Domini, purum scilicet & religiosum, charitatem in omnibus, etiam inimicos, officiosam, fortitudinem in perferendis aduersitatibus intructā & alacrem. Contra res & negotia mundi, sciunteles, externas absq; fide & uero studio cordis ut cuncte factas ceremonias, quas

Res mundi,

quas Paulus uocat infirma & egena mundi elementa, item opum cō Gal. 4.
 gestionem, deliciarum in cibo & potu seftationem, uestiū, ornamen
 torum, equorum, familiij affectationem: adhæc succumbere cupis
 ditatibus carnis, uti cibo potuq; intemperanter, alienas necessitates
 negligere, fortunam contrariam neglectu officij fugere. Sciunt etiā Adhærere Do
 mino id esse proprie & uere, cum addicti sumus his rebus que mundi sunt: & contra seruire mundo, eū ijs rebus student do.
 quae mundi sunt.

Iam orote, Latome, respice & intuere eos, qui apud uos putatur Studia Monachorum
 omniū esse probissimi cœlibes, & ab omni libidine prorsus alieni, chorū huius
 monachos & monachas, ipsosq; etiam Carthusianos et Brigittanos. temporis alie-
 Quid obsecro uides, apud hos ueri & spiritualis cultus Dei e: quam na à rebus que
 curam fidei in Christum? Quid confert omnis horum uita propagatio sunt Dei, &
 tioni doctrinæ Euangeliij? Vbi sacramentorum, & reliquarum cereæ sue profess.
 moniarum is usus apud eos conspicitur, & administratio, quam Do-
 minus, quam Apostoli, quam sancti Patres præscripsérunt, & usur-
 parunt. Sed rursus, bone Deus, quantus est in eis ardor & studiū mo-
 nastericā dirandi, palatia magnifica construēndi, templa ornandi; quā
 uerbis, ubi uel umbram uides eius Monastices, quam sancti Patres,
 Basilius, Hieronymus, Augustinus, & cæteri descriptiūrūt, imo quod
 uitiorum genus, in his ipsis latibulis non uides? eorum præsertim
 uitiorum, quæ Patres isti, quorum meminimus, in monachis damna-
 runt: & proper quæ uiuere mundo in Monasterijs pronuncia-
 runt eos, qui talibus uitijis implicati essent: Lege in libro D. Augu-
 stini, de moribus Ecclesiæ cap. xxxi. cum duobus sequentibus. Lege
 quæ D. Hieronymus, quæ Basilius de monachis & monachabus
 scripta reliquerunt.

Quid igitur regno celorum, hoc est Ecclesiæ confert, quod extra Monachi pat-
 coniugium, hi se continent uestri, quanq; seuerissimi cœlibes, dum pa rochias spolia
 rochias, in quas inuolarunt, et incorporatas tenent, ut dicitur, acerbe arunt.
 illis præficiunt, nullos qui pueritiae Christo cōsecretaræ catechismum
 tradant, nullos qui corroborandæ fidei, & inflammardo studio erga

P Christum

Christi uere studeant. Etiam si totū uitę suę tempus cantando, legendo & murmurando preces consumant (quod paucissimi tamen inter eos ultro & studiose faciunt) tamen quoniam ad Ecclesiam Christi, nihil ex his rebus omnibus emolumenū prouenit, nihil sancte institutionis, exhortationis, consolationis & subsidij in usus pauperum, dici nō potest, curare uestros coelibes, aut ea spectare, quae Domini sunt. Nam is uenit ut quereret, & salinum faceret, quod peris, quo quae non referuntur negotia, ea nec Domini negotia censiū lo modo possunt. Quae cœlebs Christus ipse, quae Apostoli coelibes curarunt, quae coelibes S. Martyres, illa, illa inquam negotia Domini sunt, quae sane omnia in procuranda salute hominū pecto doctrinam Euangelij, & subleuandis necessitatibus hominū continentur. Ea autem ut olin nec infideliter, nec infeliciter preſtitā sunt a quamplurimis pijs, tum maritis, tum uxoribus, ita & præstari hodie ab huic modi possunt.

**Monachorum
ueterum institutum.**

Dedit olim in Ecclesia sua Dominus multos in utroq; sexu, qui seūcēti ab alijs hominibus, ueri Monachi & Monachæ, singulare quoddam exemplum mundo prætulerunt mortificandæ carnis, & reiciendi illecebras huius seculi. Sed hi suis laboribus, aut ex patrio, non etiam ex prouentibus Ecclesiæ uictitabant, & Ecclesiæ idoneos doctores præparabant. Quinetiā ubi illorū, etiamnam Monachorum opera Ecclesiæ ad doctrinam Christi confirmandam opus erat, relictis suis eremis & monasterijs, in urbes se conferebant, & saluti hominū curandæ sese impendebant: ut Antonius ipse, & ceteri leberrimus monachatu Julianus, qui floruit sub imperatore Valente, & plæriq; alijs fecerunt, probatissimi Monachi, imo Anachoritæ. Tantifuit istis cura Ecclesiæ, cum eo tamen tempore Monachii non in clericorum, sed plebis numero haberentur.

**Histor. tripar.
lib. 8. Cap. 5.**

Nunc omnes & Monachi & Canonici, qui discuntur, consecrantur, ac uocantur Clerici & Sacerdotes, parochias tenent, & prouenteribus earum fruuntur. sed quotam quanq; parochiam ostendes, eam maxime, quae sunt obnoxiae uestris monasterijs, & collegijs, quae pastorem habeat idoneum, qui uerbo, & uite puritate populum recte instruat, qui iuuentutem in fide Christi fideliter erudit. Quis igitur

**Parochie mo-
nasterijs et col-
leg. addictæ
idoneis mini-
stris destituta.**

Igitur fructus ex horum cœlibatu, ut interim reuera cum mulieribus nullam habeant consuetudinem, redit ad Ecclesiam Christi?

Ego contra, Deo sit laus & gloria, & plurimos tibi apud nos in Veri Ecclesiæ sacro ministerio ostendere possum maritos, qui cura rei familiaris in uxores reiecta, ipsi interim nihil aliud, quam sanctis precibus, legi ministris inter ectionibus, curæ populi, erudiendis sacro Catechismo pueris, monitibus, corrigendis, obiurgandis, exhortandis, consolandis hominibus, & priuatim, & publice; item uisitandis ægrotis, curandis pauperibus, & incumbunt, idque tenuibus admodum salarijs.

Vtricunque iam (quælo te recte iudices) magis castrarunt se propter regnum cœlorum? Vtricunque adhaerent magis assidue Domino & abiecta sollicitudine rerum huius mundi, curant diligentius ea, quæ Domini sunt: hi nostri mariti, sacro ministerio prorsus addicti: an tui cœli & etiā noster, qui fortasse reuera continent? qui dū suis Cantionibus, & alijs ceremonijs incumbunt, parochias interim misere spoliant & ustant, quo sua Cœnobia & collegia locupletent, & magnifice ornent.

Sed quid tantum uerborum profundo de Cœlibatu, qui colitur in uestra parte, quandoquidem eorum, qui uere contineant, tam est exiguis apud uos numerus & si qui sunt, non solum non curat pietatem, & Christi gloriam, uerum etiā ne quis alius ea curet, omnibus modis dant operam: dum spoliant Ecclesias, dum ueros Christi ministros & Ecclesiæ curatores profligant. Reliqua uero Sacerdotum uestrorum infinita colluuius, ita est omnibus immersa carnis & mundi negotijs, ut amplius nō possit: & ijs quidem talibus negotijs, quibus & Dei & Patrum Canonibus interdictū est, non modo Clericis, uerum omnibus qui Christi nomen profitentur. Sed quid de alijs negotijs mundi & carnis dico: ad ea respiciamus, quæ omnino contraria sunt cœlibatu, quem sancti Patres requirunt, cuiusque solum causa abstinere Sacerdotes coniugio optauerunt, quo scilicet sancti corpore & spiritu sacra ministeria obeant.

Quæ enim turpitudo, quæ foeditas, quæ spurcites in mulieres, Cœlib. huius temporis imanitas, ab impijs gentibus, ab immanibus Turcis designata fuit unquam ullis temporibus, quæ non palam inter uestrós cœlibes conspiciatur?

P ii Plætricꝝ

Plærisq; multas pariter habent foeminas, & quas habent ejiciunt, & repetunt quoties libitum est, nec ullam deserunt uel cognationi, uel affinitati reueretiam. Noui qui binas sorores, qui matrem & filiam: noui qui neptes constuprarent, nec tamen a sacro ministerio fuerint ideo remoti, immo proceres in suis Ecclesiis habitu sunt. Bone Deus, Quam multæ commemorari possunt uxores, quas uestri Cœlibes maritis per fraudem eripuerunt, & per uim detinuerunt: quam mul- ti qui uxores a maritis earum annuis pensionibus redemerunt.

**Sacr. nundina-
tio cum omni-
bus uitijs in
cœlib. regnat**

Cumque tam fœdis & manifestis scortationibus, stupris, adulterijs, & incestis libidinibus inquinati sint & conspurcati, ut cætera flagitia præterea, portentosam & quotidianam ebrietatem, execrandas blasphemias nominis diuinij: & sacramentorum, & rerum diuinarum omnium, confessam & impudentissimam, inq; consuetudinem iam olim deductam nundinationem, sacrilegam illam & effrenem simoniam, & quæ non scelerat propter quæ plane sunt abominabiles facti coram Deo & hominibus, tamen audent nostra accusare marria, quæ profecto qui non sancte colit apud nos, dejectur ad ini- tium a sacro ministerio & a communione eorum, quibus miniz-

**Disciplina a-
pud Christi Ec-
clesias.**

strabat, mulctatur insuper exilio quoq; alicubi capitis pœnam luit. Si quis in alio flagitio depræhenditur, si ministerium suum negligit, in loco ministerij certe minime toleratur.

Hæc omnia cum uersentur in oculis auribusq; omnium, certe cauſa non est, ut nobis qui sanctitate coniugij ista tam importuna flagitia, & dedecora ab ordine sacri ministerij depellere laboramus, illa tam obijcantur amare, de curis & negotijs mundi cū matrimonio fugiendis, & cœlibatu ideo colendo, ut Domino coniunctius ad hæreamus, & negotia eius liberius procuremus: Vestrīs potius hæc concionari decebat, ut saltē aliquā de Deo curam in se recipiant, ut tandem animum aliquo modo adiçiant ad ea, sine quib; nemo Christi nomen profiteri potest, nec aliquod in eius Ecclesia munus recte administrare.

**Conclusio hu-
ius tractatus.**

Sed reuertamur ad rem, & concludamus tandem hunc de cœlibatu ministeriorū Ecclesiæ tractatū. Ostendimus nunc etiam illud, no- mnia matrimonia secū adserre curas profanas, aut a Deo nos diu- lere, sed ea solum, quæ contrahuntur ab hominibus Deum ignoran- tibus.

tibus. Coniugia tiero contracta ab iis, quos Dominus ad hoc uitæ genus uocauit, liberare etiam ab omni profana sollicitudine, & auges re curam ac studium erga Deum: ideoq; hæc coniugia sacro ministro esse adminiculo, non impedimento. Et hoc igitur perfecimus, in ea lege quam defendis, nullam quoq; inesse ratione: nec ex hoc Paulus illico, cur sacerdotibus imperari debeat.

Ex quibus omnibus simul & illud planum factum est, & omnino demonstratum: Paulum, imo S. Spiritum per Paulum non infirmis, sed ad coniugii uocatis diuinitus, nec minus sacerdotibus quā Coniugii non alijs, non modo permittere, sed etiam præcipere, sanctum inire conz est res infirmi iugium. Quo circa, nulla tibi causa fuit, cur nobis insultares, ironia tatis. tam illiberali & fastuosa. Num infirmi sunt omnes Euangelici, affer tores religionis, uindices Ecclesie, ueteris disciplinæ instauratores? Matrimonium cōtrahere Latome, nec firmitatis, nec infirmitatis est, sed uocationis, & sortis diuinitus institutæ. Iustus fide sua quēadmo Rom. i. noua, & Dei uita, multo sunt robustiores, quam cœlibes. Quā mul tos, oro proferes nobis ex sortissimis uestri cœlibatus professoribus, qui ad sanctorum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, & Martyrum maritorum, firmitatem & constantiam in uita noua, & coelesti, uel ulla ex parte accedant?

Nos autē, ut & iudicationi tuæ non nihil respondeatur, Euange liο, Domini nostri Iesu Christi, ipsius beneficio credimus, & fidem hanc nobis augeri perpetuo precanur, eoq; nomine profitemur nos Euangelicos. Ut etiam omnia nostra respondeant Euangeliō, labo ramus & conanmur quidem: assicutos autem nos esse non iactamus: quin multa etiam deesse nobis ingenue confitemur. In asserenda res ligione Christi, in uindicanda Ecclesia, & instauranda uerere & gerre manu Christi disciplina, pro mensura fidei nostrę desudamus, quam multa adhuc infirmitate in his oītibus grauari nos ipsi fate mur. Sed tamen Dominus eam nobis firmitatē dedit, ut nec tu, nec ulli mortales conuicturi unq; sis, nostram siue doctrinæ siue uitæ professionem aduersari uerbo Dei. Labimur quidem ut homines, & offendimus in multis: nam habitat & in nostra carne non bonum, sed peccatum, in nullo tamen (ip̄i Dominō & largitori omnis boni sic

P iii gratia

gratia) pernicioſo errore, uel doctrinę, uel uitę detinemur, propter quem, ranquam alieni a Christi Ecclesia iudicari debeamus. De turbā tua, quibus in rebus firma sit illa uel infirma, iam non nihil dixi; & ea res notior orbi, q̄ ut pluribus sit opus. Fine itaq; imponam huic disputationi de coniugio & cœlibatu sacerdotum. Nec enim ipse tu, si uerum fateri uoles, negabis, ex his quae dixi, plane demonstratum & liquidum esse factum, legem illam uestram, quae coniugium toni sacerdotum ordini interdicit, quam plurimis interdicere, eo quod bonum est, & ad salutem illis ipsis necessarium. item detinere multos in pernicioſo discriminē, & detrudere complures in exitialia probra & flagitia. Hisque de cauſis adeo non posse illam haberi legem, multo minus legē Ecclesiæ. Quamobrē quicunq; coniugium, ad id factū atq; uocati diuinitus, in Dño contrahunt, sive sacro illi ſint addicti ministerio, sive monasticę mancipati, hi non contra Ecclesiam, quod ru Latome dicitis, faciunt: sed quod uera Christi Ecclesia maxime expedit. Iuſſum enim & præceptum Christi capit̄ & sponsi Ecclesiæ ſe quuntur. Quare nec ullis Canonum pœnis, qui quidem Ecclesiæ ueræ Canones ſint, obnoxii, uti tu pronuncias, eſſe poſſunt: duntaxat apud Christianos ueræ ſanctimoniae & gnares & cupidos.

Non enim Ecclesiæ Christi, Latome, non ſequentium Sanctorum Patrum Canones, non ullorum, qui ſenſum ullum habeant Christi: quid dico Christi: ſimo naturæ: ſed hofitum & peſtium Ecclesiæ Dei, Antichristi, regis qui ſe ſuper omnem Deum extollit, dæmoniorum eſt, rem iam inde ab initio mundi ſancitam a Deo, rem omnium maxime ſecundum naturam, & humanae ſortis conditionem, rem ordine obſeruatam a sanctis omnium ætatum uiris, rem ab ipso ſpiritu Christi digna ſacro ministerio iudicata, noua quadā & infiſio temeritate, eripere hominibus, & acerbiflma lege phibere, eāq; impiam & immanem crudelitatem temporibus augere, & intolerabiliorem indies facere, nec eo ſatiari; tandem huc furoris euadere, ut uiram etiam admittant illis, qui decretum hoc, iuſtitutum contra mores & honestatē omnem auſint, moti ipsi ſtudio honestatis, impulſi religione Dei, adacti metu horrendi iudicij eius, iuſtitutioni, iuſſu & præcepto Dei poſthabere.

Diabolus

Diabolus author est omnis impuritatis, delectatur cæde & sanz Diabolus per
guine: & unūq[ue] consecutus est, quando uestris in animum immisit, ut legē cœ'ib. ex
legem hanc statuerent & exigenter. Res enim ipsa loquitur, negari erat tyrānidē
non potest. Multi boni uiri propter hanc uestram constitutionem in
extremas calamitates & uitæ periculum inciderunt. Quæ sit autem
ex hac ipsa constitutione sequuta spurcitis, quæ labes & ignominios
sa probra, quis non uidet? aut quis omnium non cogitur fateri? imo
potuit iucundius euenire Diabolo: Præmeditatus erat iamolim &
& præuiderat hunc scopu n, nec ab eo tandem aberrauit. Impulit eos
bant, a quibus omnia omnium uirtutum exempla reliquis hominiz
bus proferri oportebat, in nefarias libidines, in quibus ita se exercue
runt, ut nihil reliquerint, quod exemplo esse possit.

Et, quod admodum est deplorandum in hac cauſa, proceres ipsos
uestrarum Ecclesiæ multos ordinē Pontifices Ro
manos: quid plurimos Cardinales & Episcopos: quid ipsam urbem
Romam: ipsam dico Babylonem? Quæ foeditas, quæ nequitia, uel a
Catullo, uel a Martiali sicut unq[ue] descripta, quam illi non attigerint:
cuius in ista Babylone, tanquam in oportuniſſima ſede & domicilio,
non inuenias cultores & magistros?

Agnoscis ne manum & iram Dei uides ut ex uno flagitio ruant
in aliud: Hoc ipso tempore, in hac apertissima luce ueritatis, quando
reuelatus est Antichristus, quod Apostolus in postremis temporibus
futurum prædixerat, quando fraudes ipsorum & sceleræ ſic patefan
ta ſunt, ut uulgus etiam ad eorum recordationem exhorrefacat &
naueſet: an ſpem ullam emendationis præbent? Illi uero præbeant?
imo ſeuunt & crudelissime graſſantur, & hoc unum ſpectant, ut &
opibus & regum potētia muniti, suas labes et dedecora propugnent.
Concilium ſi quando prætexunt: reformationem ſi quam pollicenz
tur, id eo tantum faciunt, ut piorū principū id re ipsa molientiū, cona
tus auertant & fruſtrentur. Nec enim prius conuiuent euertere Ec
clesias Dei, & proſligare regnum Christi, hoc certum eſt, quam tem
pus

pus illud aduenierit, quo Christus aduersarium suum spiritu oris sui conficiat. Hanc cæcitatatem & has furias Deus interminatus est ijs, qui uerbum ipsius contumeliose proiecunt, qui locum curandæ Ecclesiæ Dei sacrilego ambitu inuadunt, cum curam Dei & Ecclesiæ nullam prorsus habeant, qui que sua sunt, sub nomine Christi & Ecclesiæ querunt.

Exurge tandem o Deus, & populum tuum ex fauciibus immaturissimorum laporum eripias. Quod te facturum esse, nihil dubitas, fratii promissionibus tuis, quarum uoce piorum animos eriges, re semper uolueristi, & consolari, ne frangantur illis calamitatibus, quibus Ecclesiam tuam hic affligi necesse est. His ipsis promissionibus, tuo beneficio, nitemur, & gloriam nominis tui celebrabimus, totus licet terrarum orbis, & omnem tyranni contra nos frement & exarant, qui licet e medio nos tollant & crudeliter occidant, nō tamen consequentur quod uolunt, sed alios tu semper & recentes uerbi tui precones excitabis, & eos qui obstinati pergent aduersari regno tuo, furij concitatos, angore conscientiae perpetuo, irrequia mentis conurbatione percuties & exagitabis, tandemque depulsa a populo tuo eorum tyrannde, Ecclesias tuas ipse per uere tuos, per uere sanctos ac fidos ministros restitues, instaurabis & exornabis, ut in ea sinceras conscientias inuoceris, & glorificeris. Saluum facies populum tuum, & benedices haereditati tuae, pasc eos, & extolle in aeternum. Gauis debimus adhuc cum Hierusalem, & exultabimus de ea, quicunque diligimus eam, laetitia laetabimur cum illa, qui nunc lugemus. Nam tuum est regnum, potentia, & gloria, in sempiterna secula. Amen.

Psal. 28.
Isaie 65.

Hæc de coelibatu sacerdotum, in quibus videbor forsitan tibi Latome æquo fuisse uehementior, sed te per Christū rogo, cogites p̄blici quid sit extinguere lumen mūdi, salem orbis satuum reddere, meditaciam uitæ in exitiale toxicum conuertere, hoc est, ordinem sacerdotij adeo cōspurcare & euertere, ut factū uides istius maximæ abusus sui legis: de ueliro coelibatu, quid sit nihil quam sanctū cōiugii a sarcro arcere ministerib, & nulla pari ab eo depellere sequeritate, quāns manifesta stupra, adulteria, & his grauiora: quid deniq; tā seue graftari in eos, qui cum sanctitate coniugij cunctam disciplinam & religi-

onem sacri ministerij restituere laborant. In hæc enim quid satis ues-
hemens & seuerum dici, scribiue possit: Quanq̄ ego seueritatē scri-
pturæ diuinæ hac in re non excesserim. Attamen quæ in hac cauilla
dicta uidentur acerbior, nolo ut ea in te Latome, proprie dicta quis-
quam existimer. Defers enim iudicium tuum contra nos in hac re ius-
dicandum ab ihs, qui sapientius ista disputatione. Tametsi iudicium hoc
tuum contra nos, sicut iudicio Dei prorsus contrarium, ita etiam lo-
ge grauissimum sit. Quid enim grauius, quam facere contra Eccles-
iam Christi, quod tu de nobis omnibus, qui in ordine sacerdotij cō-
stituti uxores duximus, pronuncias? Nam contra Ecclesiam nemo fa-
cit, qui non eodem ausu & maiestatis Christi oblaesæ fese obstringat.
Sed non arbitror te animum tuū in hoc iudicio prorsus obfirmasse:
quare quæ scripta uidentur durius, ea scias tu, & quicunque ea leges
xint, pertinere ad eos, qui nulla stupra, nullos incestus, nulla adulteria,
sed solum sanctum coniugium a sancto Ecclesiæ minis-
terio, remotum ac depulsum, eoq̄ ab omni sacro
Eccliarum ministerio abactos uolūt, qui
cunq̄ ad id uere idonei & instruz
et i sunt. Sed tandem
ad locum de
Ecclesia.

Q

De Eccles



DE ECCLESIA, ET ECCL
SÆ COMMUNIONE, AUTHORITATE, INSTITU
TUTIS, & LEGIBUS.

De Ecclesia, penes quos ea sit, qui eam repræsentent, quæ rebus Ecclesiae antiquæ disceptatio est. Iam enim inde ab initio humani generis hac de re dimicatur, neque de ulla alia infestius. Ex ista enim dimicatione peremit Cain fratrem suum Habelum iustum: & Noah exhibilauit & excruciauit uniuersa hominum turba, donec absumeretur diluuius. Abrahamum hæc pugna relinqueret coegerit domum & cognatos omnes. Separauit hæc pugna & cōtentio ab Israele Ismaelitas, Ammonitas, Moabitas, Iudeos: diremit & perdidit decem tribus auulsas a domo David: & eis Iuda quanquam erat hic populus instar arenæ maris, tamen, cum Prophetas Dei pergerent contemnere, ac etiam interficere, exiguae tantum residuas fecit reliquias, Apostolos, & qui horum prædicationi ex Iudeis crediderunt. Semen profecto diminutum, quod noster Dominus seruasset, gens hæc instar Sodomorum & Gomorrorum penitus extincta fuisset. Cæteri enim omnes in Christum impingentes perierunt, nomenque & rem Ecclesiae Dei ihs Christi discipulis reliquerunt, quos summi Sacerdotes & Principes Ecclesiae Dei, que cum habebatur, πονηραγον fecerunt: Hæreticos & Schismaticos iudicaverunt: Ut qui ea conuellere auderent, que tradita atque sancta essent ab ipso Deo per Mosen, tum confirmata, & longissimis temporibus obseruata, magna confensione a Patribus omnibus, & uniuerso populo. Atcphi Sacerdotes, & scribæ, & seniores populi sancti, & selecti, ista Ecclesiae, & Ecclesiae ordinaria potestas, non minus quæ uos Latini me, eximiæ illas promissiones de præsentia & numine Spiritus sancti iactabant, caussamque iactandi ex ipsis diuinis literis habebant. Hoc denique criminè hærefoes, & contra legitimum sacerdotium rebellioris condemnati sunt, mortisq; poenas luerunt, non pauci Prophetarum, Christus ipse, Apostoli, & tot Martyrum myriades.

Haud igitur facilis est, aut uulgaris, quanquam plane necessaria, huius disputationis explicatio. Tametsi enim ore omnes quidem confitetur

amur nos credere sanctam Apostolicam & Catholicam Ecclesiam, Eccl. non omni-
eorum tamen tantum haec fides uere est, quorum est uera fides Christi nibus est conspi-
ci, efficax per dilectionem, ad excindenda in nobis cuncta uitia, & ex tua.
citanda atque perficienda omnia omnium uirtutum officia, Eorum 2. Timoth. 2.
dem sane est nosse Ecclesiam Christi, quorum est uere esse in Ecclesia. Gal. 1.
Paulus seruiebat Deo a progenitoribus suis: segregatus erat ad pos-
tulum & Ecclesiam Dei ab utero matris: a pueru cu[m] omni bona co-
sciencia uersatus erat coram Deo, flagrabit zelo Dei, & uerbi eius, ut
qui maxime, sed & secundum iustitiam quae in lege est, erat plane ir-
reprehensibilis. Hic tamen tam sanctus & fidelis seruus, cultorque Dei
tempore cæcitatæ et ignorantiae suæ, Ecclesiam Dei, quam defendere
se & propugnare maximopere putabat, infestissime omnium oppu-
gnabat & dilacerabat.

Hoc uero non solum Paulus usu uenit, sed uelut exemplar nobis ille
propositus est, ut discamus & eos qui reuera ad Ecclesiæ pertinent,
aliquando sic non agnoscere ipsam Ecclesiam, ut ei bellum etiam in-
ferant, tanq[ue] nefaria factioni haereticorum. Christus ipse testatur ha-
bere fe oues, quæ nondum sunt de ouilli suo, aberrantes scilicet, pars
tim ignoracione peccatoris suis partim cupiditatibus mundi & carnis.

Proinde si in praesenti disputatione de Ecclesia uersari uelis alio
quo tuo commodo, Latome, & sine contumelia Christi & Ecclesiæ tu-
te ipse tibi exuendus es, ac omnis & opum & gloriæ profanæ admis-
ratio longe ab animo est ableganda: descendere te oportet e monte Eccl. nemo no-
illo nimium sublimi, in quem Satanus qui Christum eo duxit, omnes uit, nisi seipso
nes etiam homines rapit. De iudicio loquor & existimatione, quam exutus et a mun-
cario nostra & mens carnis, ut paulina locutione utar, nuncq[ue] non ex do plane segre-
petit. In quo monte præstigiator ille uerus falso monstrat et apparere gatus.

facit omnem potentiam & gloriam mundi, ac mentitur haec sua esse,
eaque se largiri his, qui colunt ipsum, et ipsius consilijs obsequuntur. Ex
hoc, inquam monte, diabolcarum præstigiarum pleno descendens
dum nobis est, in imam uallem abiectionis & abnegationis nostri
ipsorum, & in eam animi nostri humiliationem, ut ad uerba præces-
natorem nostrum, ex animo singuli dicamus: Domine quid me uis Act. 9.
Q[uod] n[on] faceres?

Psal 25.

facere: Vias tuas Domine nota sac mihi, & semitas tuas doce me: Dirige me tu in ueritate tua, & doce me, quia tu Deus seruator meus, & suspicio tota die. Ex hac ualle humilationis & abiectionis nostri ipsorum, datur post ascendere in montem, & ciuitatem Dei, Ecclesiam Christi, ciuitatem cōstructam in monte ueritatis, in monte, qui ex lapide illo cōminuente omnia regna progenitus, impletuit totam terram. Hoc ipsum Dominus & Seruator noster largiatur nobis, ut ex iuncto corde, & certa fide possimus orare, & tandem exorare. Amen. Nunc ad rem ipsam.

Danielis 2.

Vt ergo questionem hanc de Ecclesia ordine discutiamus, a definitione sumemus initium. Nec enim cognosci potest, quae sit aut S. Patrum, aut Pontificum, aut Cōciliarum authoritas, penes quos suum dicum, & potestas Ecclesiae posita sit, quae denique communicatio Ecclesiae, & quae ab Ecclesia secessio iudicari debeat, nisi antea constet, quid sit Ecclesia, & propria eius conditio. Tuam uero definitiōnem interim amplectamur. Quanquam enim & uocationis diuinæ mysteriū, unde tractū est Ecclesiae nomen, attingendū erat in ea; unde Concionis nomen, magis quā Cōmunionis quadraret: quāuis etiā Euangelij ac Christi mentio disertari fieri debebat, cum in luce noui testamenti uersemur: tamē qui nouit quid insit in nomine fideliū, & intelligit quam late pateat, uacare uerbo Dei, hic nihil magnopere in hac tua definitiōne quod quidem Ecclesiae per se competat desiderat, nec etiam adiectum esse offendet, quod alienum sit ab eius natura. Ne uero discrepemus in intelligentia uerborum tuorum, expositionem tibi, quomodo singula uerba, quae in definitiōne tua posuiti, equidem accipiam.

Definitiō Lata=
tomi.

Ephes. 4.

Quae Eccel. cō=
munio & San=
ctorū societas

Ephes. 5.

Rom. 12.

Scribis uideri tibi, Ecclesiam esse fidelium communionem, uacantem uerbo Dei, & sacramentis nouae legis, quae diuinitus prodita sunt, utentem. Communio nem etiam recte interpretaris, per illa uestra, Vnum corpus, unus spiritus. Est enim Ecclesia, concilio eorum facta, hominū, qui in Christo Domino renati, & de carne et de ossibus eius facti, Domino ipsi capiti suo, sic adhaerēt, & inuicem ita sunt coniuncti, coaptati & coagmentati, id est, συναφμολογουμενοι καὶ συμβασιούμενοι, pro uocatiōne.

cationum coaptatione ac ueluti connexione, ut unum corpus constiz
tuant, ut eodem omnes spiritu uiuant & agantur, ut singuli suū proz
prium munus habeant & donum, quo commoda & incrementa uni
uersi corporis pro se quisq; efficiat & promoueat. Nullum enim in
hoc corporis pro se quisq; efficiat & promoueat. Nullum enim in
muni corpori conserre, cum animata sint omnia, & uiuant spiritu Christi, & in hoc ipsum uaria secundum datam gratiam dona huius
spiritus habeant.

^{1. Corinth. 12.}

Viger ergo inter haec membra Christi admiranda charitas, & in
omnibus ^{cooperatione} consensio & eadem affectio. Si patitur unum
aliquod membrum, reliqua omnia compatiuntur: eadem est ratio cū
bene habet unum membrum. Hinc existit inter Christianos, perfecta
rerum omnium communio, & cōmunicatio, in primis quidem earum
rerum, que ad nouam uitam in Christo peragendā per se pertinent:
deinde etiam earum quae huic nouae uitæ in hoc seculo subseruiunt.
Sic adeo sit, ut ubi cunctæ datur opportunitas, pariter congregentur &
certis temporibus conuentus habeant, in quibus uaria dona Spiris
tus, ad communem omnium salutem, & instaurationem nouæ uitæ,
inter se cōmunicent, tum per doctrinam, exhortationem, admoni-
tionem, correctionem: tum etiam per preces & laudes Dei, ac sacras
mentorum administrationem & perceptionem.

^{Consensus.}^{Ioan. 13.}^{1. Ioan. 4.}^{Aet. 4.}^{Sacri cōnūctus}^{Communio rerū}

Et quia Spiritus S. cuncta facit ordine, & certa ratione, cons
tituunt sibi Christiani, ubi cunctæ tales conuentus habere possunt, ex
hoc ipso spiritu quo uiuant & agantur, cōmunes nouæ in Christo ui
tae magistros, ac uerbi Dei, & sacramentorum ministros & procu
ratores. Hi omnium & singulorum curam plane paternam gerunt,
& in unum hoc incumbunt, ut singuli aucti fide Christi, in uita Dei
proficiant, & si quis in ea langueat & debilitetur, aut in morbum ali
quem incidat, & uulnus accipiat, quo minus actiones nouæ uitæ in
sanctificatione, & instauratione sui & aliorum, ad gloriam Christi, p̄a
stare possit: ut is per uerbum Dei statim corroboretur, confirmetur,
& sanetur.

His religionis & nouæ uitæ procuratoribus cæteri ex animo pa
rent, & eos ut Patres amant atque uenerantur. Interim tamen unusq; plebis.

Q uisq;

quisq; peculiariter sibi commendatos & domesticos: ac alio quoq;
modo coniunctos decet, hortatur, monet, corrigit, sed & doceri iis,
moneri & corrigi sustinet & gratum habet.

Procuratio- Et quoniam solida in his membris dilectio uigeret, adiuuant sele-
mutuo, etiam in his rebus, quas praesentis uitæ necessitas requirit.
gentium. Itaque dona Dei temporaria inter se prompte & benigne com-
municant, ut cuique prebeatur quantum ei ad uiuendum in Domis
no sit opus, nec quisquam inter eos egeat. Quod rursus ut ordine fiz-
at, & decoro, quisque quod potest, & quod uolum ei fuerit, sua sponte
confert adhuc usum in communi, & quod sic contributum est, id per
idoneos deinde ministros pro cuiusc; necessitate & usu distribuitur.

Ad hunc modum instituerunt Ecclesiæ Apostoli, & hanc fidelis-
bus communionem rerum diuinarum & humanarum tradiderunt,
quam & singulæ Ecclesiæ & singuli Christiani, pro donis cuique col-
lati exhibent Christianis omnibus priuatim & publice. Proinde qd
primū Apostoli dabant operā, ut multarum Ecclesiærum quibus ad
esse nō poterant, ipsi curam gererent, & eas frequenter tū per literas,
tum per nuncios, aliquando etiam ipsimē inuiserēt & instaurarent,
id quaelibet Ecclesia, & Episcopus, cui plusculū facultatis, & opum
diuinitatis datum est, alijs quibuscumque possit, & Ecclesiæ & fratribus
ubi opus esse uiderit, præstare student: succurrunt qua ratione li-
cet, coram & per literas, instituendo & propugnando omnia, quæ ad
piam uitam conferunt; sed et corrigendo & emendando, ea, quæ pie-
tati nocent. Hinc Ecclesiærum visitationes per uiciniores Episcopos,
hinc Synodi Episcoporū et Clericorum, conuentus Episcoporū
ad peragendas ordinationes extiterūt, sicut & postea Prouinciarum
distributio, item Metropolitanorum, qui Synodos Episcoporū
conuocare, & in eis præsidere, & Prouinciarū curam gerere debent,
constitutio.

Metropolita- Quod munus Metropolitanū initio committebatur non pro ur-
biū celebritate, ut postea pares fecerunt, secuti ^{duorum ieiuniorum} Imperij
rum instit. ab Romanis: sed pro uirtute & præstantia spiritus & donorum in mune-
re Episcopatus, ut uidelicet Metropolitani munus administraret ille,
qui scientia & zelo pastorali alijs eius suæ Prouinciae Episcopis antea
iret.

ret. Quod D. Gregorius Romanus Pontifex etiam suo tempore in quibusdam obseruauit.

Hic quoque Metropolitani nihil in alijs Ecclesiis autoritate pros pria, sed omnia constituebant & peragebant ex Episcoporum consilio: cumq; eisdem & examinatioēs, & ordinationes Episcoporum perficiebant.

Etenim ut quelibet Ecclesia Christi, totum Christum, & cum hoc *Omnium Episcoporum* que cum eo nobis a Patre ad salutem donata sunt habent: ita etiam scporū aqua cuiuslibet Ecclesiae Episcopus, toto munere Episcopali, & uniuersa lis potestas. administrādi Christianismi potestate fungi debet. Vnde D. Cypri D. Cyprianus

anus recte scriptis de simplicitate praelatorum.

Nemo fraternitatem mēdacio fallat, nemo fidei charitatem perfrida prevaricatione corrumpat. Episcopatus unus est, cuius a singulis,, lis in solidum pars tenetur. Ecclesia una, quae in multitudinem latius,, incremento fecunditatis extenditur: quomodo solis multi radīj, sed lumen unum: & rami arboris multi, sed robur unum tenaci radice,, fundatum. Hæc ille. Et D. Hieronymus ad Euagrium. Hieron.

Nec altera Romanæ urbis Ecclesia, altera totius orbis existimātur. da est. Et Galliæ & Britanniæ, & Africa & Persis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes, unum Christum adorant: unam obseruant regulam ueritatis. Si authoritas queritur, orbis maior est urbe: ubi cunque fuerit Episcopus, siue Romæ, siue Engubij, siue Constan tinopoli, siue Rhegij, siue Alexandriæ, siue Tanis: eiusdem militas, uel sublimiorem uel inferiorem Episcopum facit. Cæterum omnes Apostolorū successores sunt. Hæc ille. De quibus ipsis Apostolis Nota dictum Cyprianus scriptis: Hoc erant utique cæteri Apostoli, quod Cypriani. sicut Petrus, pari confortio prædicti & honoris & potestatis.

Hæc authoritate uerbi Domini, non horum patrum nítuntur. Vbicunque enim duo uel tres in nomine Christi conuenerint, pro Math. 18. misit Dominus ipse medium se inter hos futurū. At si ipse abest, ad est & cuncta eius potestas, & uis ad nostrā reparationem uniuersa. Hinc ipse quoque eandem Euangeliū prædicationem, eandem uim Spiritus sancti eandemq; potestatem peccata retinendi, & remittendi in 10an. 20.

Quanta Me-
trapolitanorū
et Patriarcha
rum potestas.

di in Apostolis, omnibus Ecclesiarum curatoribus ex æquo tribuitur. Siue igitur Metropolitanus Episcopi sint, siue quibus postea amplius, & plurimum Ecclesiarum cura commissa est, Patriarchæ: hi tamen iure Christi, iure Ecclesiarum potestatem in alias Ecclesias, quā quibus ipso prefecti Episcopi sunt, hanc solam habent, ut current, quo Episcopi cuiusque Dioeceseos rite elegantur, & ordinentur, ut suum munus Episcopi singuli probe administrent, ut cuique suus Clerus & sua plebs in his quæ Domini sunt, pie obsequantur. Hæc & Metropolitanus singuli, & Patriarchæ procurare debent, tum admonitionibus, & per nuncios, & per literas: tum inspectionibus & Synodis. Per se autem in nulla Ecclesia ius habent ea faciendi, quæ sunt Episcopi; nec cuique Episcopo suam potestatem aut functionem, quam diu ea rite fungitur, intercipere uel imminuere possunt.

Potestas Ro-
manæ Eccl.

Hæc cura Ecclesiarum in Concilio magno Niceno in Ecclesiæ suburbicarias, Romæ scilicet viciniores, commissa fuit Episcopo Rotulo: sicut Alexandrino, cura Ecclesiarum Aegyptiarum & Lybie Antiocheno Syriæ, alijsq; aliarum. Ob id tamen nullus horum potestatem in ullam harum Ecclesiarum, quæ ipsi ita commendata esset, per se & immediate exercuit: ille Romanam, cuius Episcopus erat: Procuratio ab hic Alexandrinæ, Antiochenus Antiochenam procurabat: cumque Epis. ad Syno- suis priuatim admonitionibus, uel coram uel per literas, aut per leges dum nō super gatos exhibitis, nihil proficerent, caussas deferebant ad Synodos, ut Epis. Can. Cō ab Episcopis pariter & communiter iudicarentur. Quare etiam, ut omni ciliij Chalced. nis prouocatio ab Episcopis, non ad Metropolitanos, aut Patriar- chas, sed ad Synodos fieret, constitutum fuit.

9.17. Fecerant quidem damnati homines quendam Fortunatum sibi Episcopum Carthaginæ, contra D. Cyprianum: & caussam hanc Romanam detulerant ibi iudicandam. Sed cum id contra ius Ecclesiarum poscerent, repulsi sunt a D. Cornelio, tum Romanæ Ecclesiæ pontificie: quod factum iure, comprobatur D. Cyprianus, huic collegæ suo, (nam sic eum uocare solet) rescribens in hac uerba.

Epist. D. Post ista adhuc insuper pseudoeipscopo sibi ab hereticis constituto, nauigare audent, & ad Petri cathedram atque Ecclesiam principalem, unde unitas Sacerdotalis exorta est, a schismatis & profanis literas

Cypr. ad

Cornel.

Rom. Pont.

literas ferre, nec cogitare eos esse Romanos, quorum fides Apostolo „
 prædicante, laudata est, ad quos perfidia habere nō possit accessum. „
 Quia autem causa ueniendi, & pseudepiscopum contra Episcopos „
 factum nunciādi? Aut enim placet illis quod fecerunt, & in suo scеле „
 re perseuerāt: aut si displiceret, & recedunt, sciunt quo reuertantur. Nā „
 cum statutu sit ab omnibus nobis, & æquum sit pariter & iustum, ut „
 uniuscuiusque caussa illic audiatur, ubi est crimen admissum, & finis „
 gulis pastoribus portio gregis sit adscripta, quam regat unusquisque „
 & gubernet, rationem sui actus Domino redditurus, oportet utique „
 eos, quibus præsumus, non circumcurrare, nec Episcoporum consilium „
 concordiam cohærentem, sua subdola & fallaci temeritate collide, „
 resed agere illic caussam suam, ubi & accusatores habere, & testes sui „
 criminis possint.

*Singulis
pastori-
bus por-
tio greg-
adscripta*

Ex hoc iure Ecclesiarum, etiam postea in Aphricanis Conciliis
 uetitum est, caussas Ecclesiasticas ex Aphrica, Romam prouocatio-
 ne transferre. Idque ex authoritate Concilij maximi Niceni, & consi-
 tra iniquā postulationem Romanorum Pontificum Zozimi, Boni Vide Epist. Cō-
 facij, & Coelestini, quam Episcopi Aphricani, allatis Constantino cil. Aphricani
 poli probis exemplaribus auctorum magnæ Synodi Nicenæ, confusa ad Bonifacij, &
 tarunt. Illi enim Rom. Pontifices pro Canone Niceni Concilij, quæ de Ecclesiis sub cuso bis Ro. Epōs.
 dam decreta attulerant Sardicensis Synodi, quæ de Ecclesiis sub cuso bis Ro. Epōs.
 ra Romanæ Ecclesiæ constitutis ita decreuerat. Si quis putaret sibi
 a suo Concilio non legitime iudicatum esse, & deferret caussam ad
 Rom. Pontificem, ut is posset caussam non quidem ad se Romanam
 perrahere, sed committere eam Episcopis in prouincia iudicādam,
 aut etiam Presbyteros a suo latere mittere, qui una cum Episcopis
 prouinciae eam caussam iudicarent.

Ex hoc ipso iure Ecclesiarum, & distributione Episcopalis mun-
 ris D. Gregorius comprobauit antecessores suos reieciisse titulum Lib. 4. Epist.
 Pontificis uniuersalis oblatum ipsis in Synodo Chalcedonensi ma- 32. Epist. 3. Item
 gna, ut titulum impium & plenum blasphemiae: ac scribit eum lib. 5. Epist. 3.
 qui uniuersalem sacerdotem uocari se cupit, aut postular, Antichri-
 sto precurrere, & opponere se Christo uniuersali capituli Ecclesiæ, qui
 cuiuslibet plebi suos Episcopos esse uoluit; quorum Episcoporum po-

R testa?

testatem ille tollit, qui se uniuersalem Episcopū facit, & cuncta membra Christi sibi conatur subiçere. D. Petrus: ait primum fuisse membrum Ecclesiae, & curant ei demandatam fuisse totius Ecclesiae, tamen non uniuersale Apostoli, sedut ipsum, Paulum, Andream, ita & annem singulos singularium plebiū capita fuisse. Vnde illud relictū est etiam apud Pōtificē Romanum, ut quanquam alioqui caputetur Episcopus Rom. Ecclesiae, non etiam totius orbis, nec omnium Ecclesiarum: deinde ut Episcopos alios appelleret non subditos, aut filios, sed fratres.

Cuilibet enim plebi Christus Dominus plenam uoluit exhiberi curam pastoralem per Episcopum, & præsentem, & coram omnia cognoscētē & agentem, nec cuiusquam in hoc munere functionē aliena potestate ligari uoluit: quæ sane res etiam in politicis imperiis ciuitates & prouincias commoda administratione destituit, & in eorum manus negotia perrahit, qui etiam si populi commoda portiū q̄ sua querant, quod perraro euénit, tamen cū sint absentes, & pauici, nec recte cognoscere cauſas, nec in tempore definire possunt. Do minus itaque cum regnum suum uellet per uniuersum orbem amplificari, & ubique Ecclesiā institui, & in singulis regnum suū totum administrari, uoluīt etiam in singulis Ecclesiā Sacerdotes cum plena sacerdotij potestate constitui, & ordinari.

Hæc uero quæ commemorauī, omnia clare certoq̄ tradita sunt: primum a Dño ipso in ijs scz mandatis, quibus procurationem Euangelij & populi sui Apostolis commisit a resurrectione sua, que habentur in ultimis capitib⁹ Euangeliorum omnium quatuor, A.

Loca scripturae Actorū primo. Item in Actis Apost. vi. xiiii, xiiii, tum per Apostolum, in quibus Paulum xx. Actorum, & in omnibus Epistolis eius: præcipue autem traditur myste Rom. xii. Primæ Corinth, iii. iiiij. xij. xiiij. Ephes, iiiij. in utraq̄ Epistola rium & ratio ad Timoth. In decretis Conciliorum quatuor magnorum. Quæ loca Latome, tibi religiose legenda & expendenda sunt, si quid demyste Ecclesiæ Christi recte cognoscere uelis.

Ex his iam licet plane uidere, quæ sit Ecclesiæ cōmunitio, & in quo consistat uis & religio societatis, & unitatis Sanctorū in Christo. Prī-

mu. n

mum omnium necessaria est regeneratio diuisa, qua membrū Chriſ Regeneratioſt. quis fiat. In regnū enim Christi nemo peruenire potest nō renatus. Ioan.3.

Deinde necesse est ut quicunq; regenerationē assecuti ſint, & ad oꝝ Fides, fideli cō leuerin t; Euangelion audiant, fidemque ei indubitam præbeant, fefio. eamq; fidem & uerbis, & factis conſiteātur. Corde enim creditur ad Rom.10.

iustitiam, ore uero fit confeſſio ad ſalutem. Et fides quæ in Christo ua Rom.3.

let, efficax est ad oꝝ mēm peccati in nobis mortificationem, & iustit Gal.5.

tia uniuersē meditationem. In qua obedientia Domini qui non fue Fidei efficacie rint, eos Dominus inter ſuos non agnoscit.

Tertio requiritur ut unusquisq; hanc fidem ſuā in Ecclesia, apud quam habitar, ſolen niter conſiteatur, ſequi ibi in obedientiam Chriſti, & Eccleſiæ publice addicar; in ea religioſe perſueret, unum Deū, unum Chriſtum cum omnibus sanctis, qui unquam, aut uſpiam fuerunt, aut ſunt, colat: & instaurandæ pietati in ſe & in alijs, toto corde ſtudeat, eamq; ob cauſam ad ſacros conuentus libenter conueniat, laudetq; Deum, ſacrificium ſuum offerat, ſacramenta percipiat, diſci plinae Chriſti, omniq; piæ correctioni, cū publicæ, tum priuatæ ſeſe penitus permittat: atq; ideo publicos Eccleſiæ miniftratos, cuiuscunq; loci & ordinis, ex animo ueneretur & uifcipiat: priuatos quoq; monitores & exhortatores, pno aio excipiat; ac quāto poſſit ſtudio diſcat in dies ſeruare plenius, quecunq; Chriſtus præcepit: in eoq; coſentiat & Cōmunicatio ſeculorum & locorum Sanctis Dei.

Hæc enim omnia instituit Dñs, et ſeruari præcepit. Iā qui diligit Dñm, ſeruat mandata eius: qui eū non diligit, is anathema eſt. Qui non habet Spiritum Chriſti, qui filios Dei ad hæc omnia agit, is non eſt eius. Qui non facit iustitiam, non eſt ex Deo. Qui non facit præcepta eius, cū dicit ſe noſſe Deum, mendax eſt, & ueritas in eo non eſt.

In his ergo quæ commemoſauit, conſiſtit tota Eccleſiæ Chriſti cō munio, quæ omnia & in tuis, imo ſanctæ Scripturæ uerbis, quæ in definiſſione Eccleſiæ recte poſuisti, compræhenduntur. Nemo enim fidelis Chriſti eſt, niſi qui fide in Chriſtum uera uiuaq; p̄ditus eſt, qua nulli niſi renati in Chriſto p̄diti eſſe poſſunt. At qui natus ex R ii Deo

Ioan.14.

1. Cor.16,

Rom.8.

1. Ioan.1, et 2.

Ioan. 3.

Ioan. 6.

Deo est, & uerbum Dei audit, in Christo uiuit uera religione, ideo al
Sanctis libenter conuenit, cunctaque audit, discit & agit maximo stu
dio, quæ Dominus instituit, suisq; cōmendauit. Quod enim scribis,
Ecclesiam uacare uerbo Dei, id sentire te puto, q; illa uacās, & soluta
cum omni suo, tum aliorum & iudicio, & cupiditate, soli uerbo Dei
intenta sit, omnique studio & cura in id incūbat. In eo autem omnia
ea pietatis officia, quæ exposui, studiumq; nouæ creaturæ in Christo
totum continetur.

*De definitiōe
Eccl. uerbis in
ter Buc. et La
tomū cōuenit.*

Hactenus igitur uerbis inter nos de Ecclesia, cū quid ea sit, tum q;
sit eius cōmunio, conuenit; faxit Christus, ut idem re uera sentiamus.
Videamus nunc qui hominum coetus Ecclesiæ Christi, qui Syna
goga Antichristi, & conuenticula hæreticorū, aut diuerticula schis
maticorum: qui uera membra atque ministri Ecclesiæ, qui Ecclesiæ
Christi uere representent; qui uero hæretici & schismatici, inde quæ Ec
clesiarum & ministrorum illorum authoritas, quis ordo, quæ leges
& instituta.

*Eccle. Christi
conspicua, sed
fidelibus.*

2. Ioan. 2.

*Qui hominū
coetus, Eccle
sia Christi*

Math. 7.

Dominus Iesus ciuitatem suam in monte constituit, unde cōspī
clare ab ijs omnibus possit, qui quidem uidendi quæ Dei sunt occu
pos habent. Sunt enim qui oculos habent ac uident, & uidentes tamē
uidere quæ Dei sunt, nō possunt: quia nec Deum oculis fidei uiderunt.
Videtis, inquit D. Iohannes, dilectionem, quam dedit nobis Pater,
ut filij Dei uocemur: propter hoc mundus non cognoscit nos, quia
non nouit ipsum. Regenerationē sp̄ritus, & fidem Christi, in se quia
dem uidere homini in hoc seculo non licet; a fructibus tamē filij Del
omnem arborem bonam cognoscunt. Quicunq; ergo hominū
coetus nomen Christi confitentur, doctrinamque Euangelij, & faciat
mentorum, atq; universæ disciplinæ Christi iuxta institutum Domini
nis sinceram habent & exercent, ita ut iam commemorauimus, atque
cōpleteuntur charitate Christi, solidaq; cōmunione Christi cunctas
& Ecclesias, & Ecclesiarum quartiliber ministros, & cæteros homi
nes, quicunq; cum ipsis in his quæ Dñs tradidit, consentiunt: hæ omnino
Ecclesie Christi nobis habendæ sunt. Ex uerbis. n. quisq; & factis suis
apud nos iustificari, uel dānari debet, ueriq; & falli prophetæ a ueris
ac probis ex fructibus dinoscendi. Cor intuerit & iudicat Deus.

Tempt.

Tempora, loca, numerus, modus externus conueniendi, legens *Que Ecclesiae*
di Scripturas & explicandi, psallendi, orandi, sacramenta adminis^t habent in libe
strand*i*, hæc ita in Ecclesiis attemperanda sunt, ut huc dirigantur, ut rauarietate.
uerbum, sacramenta, & disciplinā Christi maiore maiestate adminis^t
strentur, & ampliore religione suscipiantur, & usurpentur, magisque
ualeant ad sanctorum ædificationem. Cæterum liberam uarietatem
habent, ubi quidem nihil est de his in uerbo Domini definitum.

Eucharistiæ, ut de summo sacramento exemplum adferam, non *Varietas* ince
sunt eadē semper & ubique tempora obseruata. Aetate Augustini celebrazione Eu
brabatur ea, alijs in locis quotidie, alibi ter in septimana, alibi bis, sabbatho, et die Dominico: alicubi tantum Dominico die. Locus celebrazione Augustinus ad
brandæ Eucharistiæ, fuerunt Apostolis, & postea diu Martyribus, Ianuarium Epistola ii.
etiam priuatæ ædes, id postea uetitum est. Cum enim haberi potest
rat, una & publica domus huic ceremoniæ summæ coniunctionis
magis quadrabat. In die Coenæ Dñi, tempore Diui Augustini alicu
bi bis, mane scilicet & uesperi Eucharistia exhibebatur: alicubi tantum
semel. Modus & forma agendi mutata est sæpiissime. Apostoli, ut testantur
statur Diuus Gregorius Rom. Pontifex, tantum orationem ad eam
dicebant: postea sunt multæ & uarie ab Ecclesiis adiectæ preces. *Greg. Lib. 7.
Epistola 63.*

Varietas &
circa alias Ceremonias, &
eius ratio.

Eadem circa baptisma, circa ordinationem Sacerdotum, circa lectiones, & Homilias sacras, Psalmos & orationes libertas in uarietatem, ando, ab Ecclesiis obseruata fuit. Nec enim cōueniunt in his rebus ea dem quibuslibet. Deinde cum Ecclesiæ non fuerint institutæ omnes ab ijsdem curatoribus, factum est etiam, ut non ijsdem ritus primum ubique traditi sint. Amatque Deus in his aliquam seruari uarietatem, ne superstitione credantur necessariæ, ut pridem factum uidimus. Nunc enim quo tempore disjecta sunt omniū corda & studia, prorsus tam enīc eisdem ritibus in sacris utuntur in Italia, Gallia, Hispania, Germania, Anglia, Pannonijs, & Sarmatia. Olim cum eorum qui Christum profitebantur, unum esset cor & anima una, multa erat per Ecclesiæ in externis istis ritibus uarietas. De qua uera Ecclesiarum unitate, simul & hac ipsa rerum externalium obseruationis uarietate, dem. *Cum maxima
effet concordia
fidei, Ceremo
nie scruban-*

tur uarie, cu
*summa est di-
stractio animo*

Sit ergo una fides uniuersæ, quæ ubique dilatatur, Ecclesiæ, tanquam Aug. Epist. 56

R in intus

, intus in membris; etiam si ipsa fidei unitas quibusdam diversis obser-
 vationibus celebratur, quibus nullo modo, quod in fide uerum est,
 impeditur. Omnis enim pulchritudo filiae regis intrinsecus, illae au-
 tem obseruationes, quae uariæ celebrantur in eius ueste intelliguntur.
 Vnde ibi dicitur: in similiis aureis circumamicta uarietate. Sed
 ea quoque uestis ita diversis celebrationibus uarietur, ut non aduersi-
 sis contentionibus dissipetur. Hæc ille.

Ecclesiæ itaq; Christi, quæ ueræ sunt, in administratione uerbi,
 Sacramentorum, & disciplinæ Christi, studiose omnes obseruant ea
 omnia quæ præcepit Dominus: cetera his attemperant, & pro uario
 hominum capti uarie, tamen ut semper omnia ualeant ad edifican-
 dam fidem Christi. Hac itaq; nota sunt, illæ cognoscendæ.

Synagoge Antichristi et conuenientia hæreticorum.

Diversicula schismatiscorum.

Schismatiscorum.

Quæ uera Ecclesie membra.

Intermixtia bonis.

Synagogæ uero Antichristi, & conuenticula hæreticorum homi-
 num, hanc notam propriam habent, ut aliqua contra uerbum & in-
 stitutum Domini in doctrinâ usumq; sacramentorū, uel disciplinam
 sibi deligant (unde & nomen *alituras uenit*) & pertinaciter tucantur.
 Secessiones autem schismaticorum sunt cœtus illorum, qui quidem
 eandem doctrinam, sacramentorum dispensationem, & disciplinam
 usurpant, sed cōmunionem in his cū alijs Ecclesiis, eadem pie obser-
 uantibus, abscondunt, easque temere, tanquam alienas a Christo, cō-
 demnant. Sicut Donatistæ olim alias Ecclesiæ omnes prese dama-
 bant, eo quod ut falso criminabantur, communicasset cum his, qui
 in persecutione sacros libros tradidissent.

Iam membra Ecclesiæ quæ uera haberi debeant, ex dictis facile
 dignoscitur: quietique scilicet renati uiuunt in Christo, & deinceps
 cū adulti sunt, religiose uerbū Dei audiunt, credunt, fidemq; suam in
 Ecclesia confitentur, Christo & Ecclesiæ se se addicunt, sacros con-
 uentus adeunt, religiosis actionibus student omnibus, se seq; dedunt
 uniuersæ disciplinæ Christi, & communicant in Christo cum o-
 mnibus eandem fidem & religionem recte profitantibus.

Inter hæc uera membra, admixti in hoc quidem seculo semper
 sunt, qui interdum in ipsum quoque sancti ministerij ordinem &
 supremum in eo ordine fastigium euadunt, qui Christi non sunt, sed
 diaboli: adeoque sunt inter sanctos, id quod sunt putres pisces inter
 sanos.

fanos, quod est zizania inter triticum. Hi uidentur intus esse, ut D. Au De *baptismo*
gustinus ait, cum foris sint. Ex nobis exierunt, inquit Ioannes, sed no contra Dona
erant ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, mansissent utiq; nobiscum tislas Lib. 6.
sed ut manifestentur, quod non sunt omnes ex nobis.

cap. 2.

1. 10. 11. 2.

Hi tamē dum se nec uerbis nec re ipsa produnt alienos a Christo
esse, ferendi sunt in Ecclesia: ne dum ista zizania, scrupulosius euelle
re conamur, ledamus triticum. Sed cum designarint illa, propter que
ipsius testantur no habere se partem in regno Dei, tunc certe sunt ab
Ecclesiæ cōmuniōne rejiciendi. Itaq; si qui ex his reiectis hoedis, non
etia electis ouibus Christi in sacram ministeriū irrepserint, dñ ab Ec
clesiis in eo seruitur, & que Dñi sunt synceriter administrat, dñ non in
sua, sed Christi cathedra sedētes, ea p̄cipiunt que Christus docuit, no Mat. 7. ¶ 23.
que ipsi, uel alij humanitus excogitarūt: quanq; in eo ipso uentris suo,
uel ambitioni inseruiunt, tamē sunt audiendi, & dona Christi per eos
p̄cipienda sunt, que ipse quoq; efficacia suis reddit, tametsi per mas
los administrantur.

Matth. 13.

1. Cor. 5. et s.

Ephes. 5.

Hinc iam liquet, qui ueri Ecclesiæ ministri sint: qui nimis, que Veri Ecclesiæ
Christus præcepit, pure administrant. Inter quos alij fideles sunt, qui ministri.
ædificationem fidei in Christo toto corde querunt, & conantur
extruere. alij infideles qui sua querunt, que Iesu Christi sunt in mi
nisterio non spectant. Attamen si quis sunt in his, qui non sua, sed que
Christi sunt, eaq; integre & synceriter administrat, hi in eo Ecclesiæ 1. Tim. 3. et s.
ministros se præstant & pro ministris Christi habēdi sunt. Quanquā 2. Timoth. 2.
si deprehenduntur in ministerio infideles, & Christo non synceriter
studere, commutandi sunt ministris fidelibus, qui Christi negotium
religiose agunt: nā ita p̄cipit Spiritus sanctus. Inter dispensatores
enim requiritur ut quis fidelis sit.

1. Tim. 3. et s.

2. Timoth. 2.

Ex quo & illud constat qui nam sint illi, qui Ecclesiam Christi re
presentare, eiusque autoritate iudicare & statuere possint: nempe as
si nulli, quam qui iudicando & statuendo uerbi Dei sequuntur. Res Qui Ecclesiæ
quiritur quidem ad hoc & uocatio, & constitutio Ecclesiæ, ut nimis repreſentare
rum tales ab Ecclesiis agnoscantur & uideantur Ecclesiarum no
mine agere: tamen quicquid uocationis, quicquid loci aut no
minis in Ecclesia hi obtineant, si non sonant uocem Christi, si
quid

quid contra verbum Dei docent, in eo alienos se praestant, & Ecclesiarum quæ uocem alienorū non admittit, negotium minime agunt, nec repraesentare in eo Ecclesiam Christi, aut eius authoritate iudicant, & statuere dici possunt. Sicut nulli Tyranni, nulli *τύραννοι*, aut alijs malii perfidici. Ciues repraesentare possunt Rempub. eius uel nomine agere, quātum nō nomen & authoritatem Reipub. præ se ferunt. Tamen & leges id Ciuitatibus cauent, ne earū nomine experiri permittatur, nisi ei, cui lex permittit, aut lege cessante ordo dedit.

Hæretici.

Schismatici.

Rom. 3.

1. Corinth. 2.

Autorū Ecclieſie.

2. Corinth. 4.

Hæretici uero sunt, siue ministri siue plebejū alioquin habeantur, quicunque alienum aliquid a dogmatis Christi uel docent, uel fecerunt. Schismatici, qui licet nihil alieni a præceptis Christi tradant uel sequantur, tamen subducunt se a communione fidelium, & eorum qui quæ Christus tradidit, uero cultu & syncero studio feruant.

Iam & de authoritate Ecclesiæ, ac ministrorum eius, quid sequitur dum sit, facile uidere est. Constat enim p̄ijs omnibus, quod Deus unus uerax est, omnis autem homo mendax: & quod animalis homo non percipit quæ Dei sunt, nec potest quidē ea capere. Stultitia enim ei est. Spiritualis uero diiudicat omnia. Spiritus enim omnia perseruatur, etiam profunda Dei. Constat ijsdem & illud, Christianos quis cunque in terra adhuc a Domino peregrinantur, sicut peccatum, ita & errorem habere, eoque subinde hallucinari & labi.

Quare S. Patres, nulla uel Conciliorum, uel quantumuis doctrinæ decreta, & scripta sua authoritate recipienda iudicarunt. Solis enim diuinis scripturis hunc honorem detulerunt, ut quicunque in his nobis prodita sunt, sine disceptatione, & simpliciter ideo, quia in scripta sunt, recipienda censerent cæterorum omnium, quamlibet sanctorum, aut eruditorum Patrum placita, siue illa singuli, sine multi uniuersim protulissent, ad scripturam Dei referenda esse, & ex ea iudicanda statuerunt.

Sancti ijdem iudicio fidei rete iudicant, carnis non item

Etenim Diuus Petrus beatus a Domino pronunciatus est, cum quod reuelaret ei Pater, de ipso confiteretur; idem, cum iam non patris reuelationem, sed sensum carnis suæ secutus, Dominum a subiecto supplicio auocaret, audiuit a Domino, Abi post me Satanam, scandalo mihi es, Non enim sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum,

Num. Enidem Petrus, eodem prope tempore, reuelatione Patris, ac *Math.* 10
confessio Christi beatus, & sensu studioq; carnis miser, Chfici aduersa
rius erat: & sicut clauiger regni coelorum atque minister Christi
sapient ex diuina reuelatione constituebatur, ita humana ratione dum
sapiens esse uult, ut Satan a Domino, ut pote qui ei scandalo esset, res
pellebatur.

Ita post acceptum baptisma Spiritus sancti, ipse & Barnabas & *Gal.* 2.
Iudei plaeiq; omnes, qui erant in Ecclesia Antiocheno, dum liber
tatem Euangelij dissimulant, ueriti offenditionem indignam fratum,
qui a Iacobo uenerant, non recto pede ad ueritatem Euangelij ambu
labant: quem errorem Paulus, reprahenso palam Petro, correxit.
Hunc lapsum Petri, alioqui principis Apostoli, & Barnabae, qui *Etiam p[ro]p[ter]e etiam r[es]tant.*
& ipse inter praestantiores Apostolos numerabatur, ac reliquorum
qui hos in errore sequebatur, Spiritus sanctus in sacrae scripturę mo
numentis extare uoluit, ut inde nos disceremus uoluit, qd D. Petro:
quod Barnabae, principibus inter Apostolos, quodq; ceteris p[ro]p[ter]e suis
quis tam multis accidit, ut non recto pede ad ueritatem Euangelijs am
bularent, & necessario corrigena admitterent: id ipsum etiam alijs
omnibus, quoconque fastigio in Ecclesia collocentur, quibuscumq;
titulis insigniantur, accidere posse: nectantum cum soli sunt, sed etiam
quando coniuncti. Coetus enim hic erat, & post Hierosolymitanum,
omnium sanctissimus, in quo tanti Apostoli, & tales discipuli Domi
ni tam grauiter deliquerunt.

Idem & Orosio Ep[iscop]o p[ro]batiss. multisq; alijs optimis Episcopis, co
igit in Synodo Ariminensi: idē usū uenit, & in alijs Synodis q[ui] plus
timis sanctiss. & doctiss. alioquin uiris. Chalcedonensis Synodus, *Lapsus Synod[us]*
quaē quartum inter primas locum tenet, & habuit collectos Patres *di omnium maxi*
sexcento tringinta, tamen cum de duabus naturis in Christo statueret *me Chalced.*
ex Spiritu Christi: de ordine & praerogatiua Patriarcharum sta
tuit ex cupiditate Episcopi Constantinopolitani, cui Alexandrinū
& Antiochenum, contra Canōnē Concilij Niceni, subiūcere conata
est. Quocirca eius hac de re decretum, ut ex humana cupiditate, non
ex Spiritu Dei profectum, Pontifex Leo reierit: qui tamen ei Syno
do admodum gratulatur, quod contra impietatem Eutichis tam pie

decreuisset. Lege Epistolam huius si, ad Anatholium Episcopum
Constantinopolitanum.

Quid e homines in hoc seculo, ubique homines sunt, nusq; non,
Homines ubi- dum hic degunt, circumferunt carnem in qua bonum non habitat:
q; homines eti que domicilium est ignorationis, & uariarum cupiditatum; his mes-
am in Cœcilijs sœpe etiam in præclaris alioquin pietate uiris a ueritate seducitur; eti
am si spiritu uiuant in Christo, & illum uiuente in se habeant,

Epist. 19. Quamobrem id retinendum est, quod etiam D. Augustinus sen-
Lib. 2. de B. 4. sit: quicquid homines, quantumvis docti & sancti, singula seorsim,
ptisno contra uel coniunctim uniuersi statuerint, tamen non ideo uerum credi
Donat. cap. 3. debere, quod ab ipsis ita statutum sit: sed quia quod statuerint, certis
etiam scripturis atque rationibus comprobauerunt. Quin etiam plie-
niora Concilia, quæ generalia uocamus, eo quod ex uniuerso orbe
Christiano congregantur, emendari nonnunquam a posterioribus
oportere. At coetus qui emendationi expositi sunt, idem etiam erro-
ri sunt obnoxii.

Authoritas o- Omnis igitur authoritas, & singulorum ministrorum Ecclesie
mnis in sacris & Conciliorum, tam pleniorum quam prouincialium, adeoq; uni-
in uerbo et spi uersæ Ecclesiae Christi, uerbo & Spiritu Dei nititur. Cum enim om-
ritu Christi nis religio fide & obedientia præceptorum Dei conser: quis de re-
ligione maiore cum autoritate respondeat: cuius responsa fide di-
gniora habeantur: quam eius, qui præceptorum & mentis Dei met-
rito credatur amplius conscient? Aut quis omnino aliqua cū autho-
ritate de sententia Dei audiatur, aut cuius orationi de rebus sacris ulti-
la possit fides accommodari, nisi qui indubitate credatur tenere plas-
cita Dei, nosseq; mentem Dei?

Simile. Certe de uoluntate regum, nemini plus fidei accommodatur, & nul-
lius grauior in respondendo de placitis Regum est authoritas, qua-
eorum, qui & leges regias perfectius callent, & propter singularem
cum regibus familiaritatem, & maiorem apud eos gratiam, metem-
regum certius quam cæteri tenent. Arg⁹ nullis sane alijs fides de man-
lijs obtincent, nisi qui credatur & iussa & sensum regium perspectum
habere.

Ita igit̄

Ita igitur & in negotijs religionis & cultus diuini, eorum responsa plus ponderis habent, atque uera esse ciuitas creduntur, qui cum in scripturis sacris sint probe uersati, præceptisq; Dei in illis nobis proditis amplius studer, quadam seu familiaritate cum Deo coiuncti atq; spiritu eius pleniore donati apparent. Quocirca eoru sententias atq; responsa filij Dei non amplectuntur, qui uerba Dei eiusque sensum non exprimunt.

Hinc cum Dominus Mosen ad populum Iisrael cum imperio mitteret, & autoritatem ei conciliare q; maximam uellet, id populo de eo prius signis & portentis persualit, ut crederet hunc a se missum esse, & sua adserre mandata: atq; hanc autoritatē ut ei amplius sans ciret, in monte ad se iussit ascendere, effecitq; ut in ipsā nubem ingres deretur, qua ipse se populo representabat, nube eum aliquando tegebatur, & per quadraginta dies apud se detinebat, absque omni hominum commercio & cibo. Quæ omnia eo pertinebant, ut non dubius taretur, esse illum ad populum diuinitus delegatum, & Dei, non sua iussa adserre. Quod ethnici legislatores falso imitati, consuetudinem fingebant se habere cum diis, quo & leges suas a diis se ferre ad populum persuaderent.

Inde est, quod & Prophetæ omnes, illud toties ingeminabant. Prophetæ mos. Dicit Dominus, Dicit Dominus Deus Sebaoth, Dicit Dominus Deus in suo ministerio Iisrael. Et ipse Filius Dei ac Deus ipse, propterea illud tam crebro rivo. ingerebat, non uenire se a seipso, sed missum a Patre, non loqui a se ipso, sed quæ audiueriset a Patre, & mandata accepisset. Sermonem Ioan. 5. 6. 7. 8. Iuum non esse suum, sed Patris sermonem. Quare & Ioannes, cum & 14. Dominio autoritatem apud suos discipulos conciliare studer, quem loan. 3. misit Deus, inquit, is habet uerba Dei.

Eadem de causa & Paulus ubique titulum apostoli obiicit, & ad Rom. 1. dicit, segregatus ab utero, designatus ad Euangelion, uocatum se Apo stolum esse, secundum uoluntatem & constitutionem Dei, Euange/ Gal. 1. lium suum se non accepisse ab hominibus, nec per homines.

Authoritas itaque in Ecclesia siue singulorum, siue ministrorum aut etiam plebeiorum, siue Conciliorum & coetuum, siue etiam Ecclesie uniuersæ, quæ inde ab initio orbis extitit, tota eo nititur, ut qui

S. ii in Eccles.

in Ecclesia, & nomine Ecclesiæ aliquid affirment, uel negent, instituunt
præcipiant uel destituant et prohibeant, agnoscantur, certoque crea-
dantur, in eo non suum, non alicuius hominis aut creaturæ, sed Del-
sed Christi uerba & sensum adserre.

Ac Deus olim quidem Prophetas suos arcano fere instinctu sa-
ciebat ac mittebat: postquam autem legem suam & Prophetatum set-
mones uarios, Literarum monumentis consecravit, ex his maxime
scriptis iudicari de omnium prophetia et doctrina uoluit. Quocirca
& Christus, quantum Deus esset, & non ut scribæ, sed ut habens potest
statem doceret, tamen doctrinam suam scripturis confirmare studuit
quod idem & Apostoli religiose fecerunt.

*Atqui Deus certe omnia quorum cognitio aliquid momenti ad-
serat ad pietatem & salutem nostram, abunde in scripturis tradidit.
Scriptura enim utilis est ad docendum quæ uera sunt, ad confutandum quæ
falsa, ad corrigendum quæ prava, ad instituendum quæ
recta sunt, ut homo Dei perfectus sit, ad omne opus bonum efficiens
& instructus. Sed cum istud uerum sit, tamen ita hanc doctrinam in
suis diuinis libris attēperauit, ut ea quæ sunt scitu ad salutē necessaria,
nec possunt sine noua doctrina Dei cognosci, diserte & explicare, at
etiam clarissime atque copiosissime, non tam prescribat, et inculcer plane
adeo ut nemo, qui quidem doceri a Deo uelit, quicquam in his de senten-
tia & præceptis Dei dubitare possit. Quarum uero rerum cognitio
uel non multum ad pietatem adserit, uel quæ ita sunt consentanea na-
turæ pietatis & recte rationi, ut ex claris scripturæ locis, facile colligi
possint, aut certe cognosci queant lumine ueritatis, quod Deus me-
tibus hominum, cum naturæ beneficio largitur, ea tantum genera-
tim præcepit, non diserte, nec tam dilucide, aut copiose uti priore.*

*Quare Deus In his enim usum Domino est exercere piorum studium, tum
quædam sua plæ etiam donorum suorum uarietatem & amplitudinem illustratam
cita non clare reddere: dum scilicet alijs in his quedam aperit, alijs eadem patefacta
in scrip. expli esse non uult, quo & illi qui præstantiore luce Spiritus donati sun-
tuerit. habeant, in quibus credita sibi talenta cum usura Domini explicitent:
& fraternæ beneficentiae officium præsent: & hominibus minus
largo spiritu afflati, caussam Deus adserat, quo se se erga ipsum in
alijs ad-*

Alijs agentem potentius humiliant, eumq; obseruent & colant, ea quo temperaura maior germanæ dilectionis uis se in utrisq; exerat, cō munisque totius corporis Christi ædificatio commodius ab omnibus & perfectius præstetur.

Nos peccato cum nasci, tum esse, quamdiu hic uiuimus, obtinētios, nec nisi per Christum liberari ab eo posse, & Christo non nisi fit de Euangelij recte coniungi, fide autem hac ita ipsi nos inseri, ut nos uiuamus in ipso, & uiuat ipse in nobis, bonaq; omnia suo operetur spiritu, imprimis solidam perceptæ salutis confessionem, uerā cum sanctis omnibus coniunctionem: inde ardens in sacris religionis exercitijs, quæcunq; ipse instituit, studium, mox sedula earum rerum cura, quæcunq; proximis uel per se bono sunt, uel ad id conserunt, ut commoda illorum in omnibus efficiamus.

Hæc necesse est cognoscia p̄ijs omnibus, nec possunt cōmuni na- Ad cognoscē-
turæ humanæ intelligentia percipi. Proinde sunt in scripturis ubiq; dū necessaria
discreta, adeo perspicue, & abunde proposita, exposta, inculcata, ut cognitu pre-
ad intelligenda ea, sola Euangelistarum narratio, aut assidua sacroscepta Dei ni-
rum librorum lectio satisfaciat: animo nimirum illustrato lumine hil quām pie
fidei, sine quo nihil ueræ religionis cognosci solide potest: & obediens audire et lege
endi Deo cupido, cuius obedientię studiū, sicut fidem semper cōsequi re requiritur.
tur ita etiam ad recte percipienda quæ Christi sunt, ònino necessariū
est, ut ex his uerbis Domini cognoscitur. Mea doctrina non est mea, Ioan. 7.
sed eius qui misit me. Si quis uelit uoluntatem eius facere, is cognos-
set de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego a me ipso loquar. Item.
Quomodo potestis uos credere, cum gloriam a uobis inuicem acci- 1041. 5.
pitis, & gloriam quæ a solo Deo est, non queritis?

Ex eo itaq; solo existit, omnis dubitatio, ignoratio, & sententias vnde omnis
rum distractio in ijs, quæ ad religionis cognitionem sunt necessaria, ignoratio &
quod homines non querunt diuinam gloriam, quæ nimirum in p̄ijs dissensio in re
estate conexistit, & disputare de præceptis Dei, & religionem simulare, ligione.
quam fac re præcepta Dei, & uere religiosi esse malunt. Nam ita clara, ita lucida, ita explicata scriptura est, in præceptis quæ ad salutem
necessaria sunt, ut nemo quamvis cetera rudishæc nō facile percipere
possit: siquidem Christo uere & credit, & uiuere cupiat. Quod enim
S. iii. Domi-

Merci 16.**Psal 19.****Psal. 119.**

Dominus omni creature Euangellum præcepit, id omni quoq; creaturæ notum facere promisit, si quis id perat. Nequit non uerum esse quod canit Psalmus. Doctrina Domini, simplex est, & a nimam restituit; testimonium Domini solidum est, sapientes reddit eriam rudes. Preceptum Domini purum illuminat oculos. Item, Lu cerna est pedidus meis uerbum tuum, & lux semitis meis. Etenim cum per scripturarum testimonia, cætera in religione cōprobantur omnia & demonstrari necesse est, ipsa sint omnium quæ de religione præcipi possunt, certissima & clarissima oportet. Quamobrem horrenda, ut initio dixi, in Spiritum sanctum blasphemia est, dicere Spiritum sanctum, hanc suam doctrinam, quæ sola ueraq; sapientia sit, sic tradidisse intricate, ut eam humana sapientia explicari, siccq; obscuram, ut humana scientia illustrari sit necesse. Ipsiæ Diuining literæ perte sapientem reddere ad salutem ualent, ut Paulus prædicat, traditæ scilicet a perfectissimo omnium doctore.

Res non nece ssarie, que si nō ex scriptu ris, recta ratati one tamen fa cile iudicatur. Porro illa quæ sint, quibusq; in Ecclesiis, actionibus religionis, ut prædicationi uerbi Dei, sacramentorū dispensationi, publicis ieiuniis, precibus, oblationibus, ac similibus rebus deputanda tempora quæ loca, qui modus: item, quæ ratio seruanda, in electionibus, examinationibus, atque ordinationibus ministrorum Ecclesie, quomo do faciendæ Ecclesiarum inspectiones, quomodo habendæ Synodi, quomodo cætera quæ ad disciplinam Ecclesiæ pertinent, instituenda, instauranda, & obseruanda: de his rebus, quia non est statutum Christianis quibuslibet, & potest per eos, qui exercitatos sensus in religione Christi habent, facile recte iudicari & constitui, cū ex his, quæ scriptura generatim de his ipsis rebus clare præcepit, etiam ex communī donata hominib; prudentia, nulla sunt in scripturis peculiaria, & propria præcepta tradita.

Traditiones**Pauli de qui bus non habe bat precepta****i. Corinth. ii.****C 14.**

Ex harum rerum genere est baptisma infantium, & obseruatio illa, ne rebaptizentur n, qui baptizati sunt ab Hæreticis, siquidem iuxta institutum Domini baptizati sunt. Ex eodem genere erat tem porum Pauli uiros orare in Ecclesia apertis, & mulieres tectis capitib; bus. Itē, se inuicem ad sacram Dñi Cœnā expectare, & unam simul omnes celebrare. Dono linguarum sive interpretatione in Ecclesia non u

non uti, uices in prophetando obseruare, prophetias sedentibus iudi-
candas offerre, mulieres in Ecclesia tacere &c.

De his autem rebus, quanquam Paulus nulla haberet ex scriptu *P.ulus nec ea*
ris, uel a Domino tradita præcepta propria, tamen ea non sua autho abfq; authori
ritate præcepit, sed partim ex scripturis ea, partim ex communib; itate scrip. præ-
rectæ rationis lemnatis, conclusit. Ad probandum enim traditionem cipit, que ta-
de mulieribus in Ecclesia uelandis, argumentum primum duxit a men in illa pro-
subiectione earum erga uiros, de qua certa scripturæ extat sententia priæcepta
tia: alterum adiecit a communii sensu naturæ, qui quia turpe iudicat non habent.
tonderi, aut radi mulierem, & pulchrum, eam coma quasi obtegi &
uelari, facile agnoscit & illud, decere mulieres, ne absque consueto
uelo apparent in Cœtu sancto, cui nimirum præcipua reverentia
debeatur.

Ita cum docere Apostolus instituisset, non agi Cœnam Domini,
si ij, qui ad eandem Ecclesiam pertinent, priuatim & seorsim conuenient,
ant, & Cœnam sacram sumant, nec id usquam in scripturis diserte ue-
taretur, ipsam rationem & formam, qua Dominus suam Cœnam
instituit, & celebrādam commendauit, in medium adduxit, & ostendit
cum illa nō congruere factum Corinthiorum, eocq; ad institutum
Domini corrigendum esse.

Ita & illud, linguis alienis in Ecclesia loqui sine interpretatione *1. Corinth. 14.*
primum damnauit, eo quod non faciat ad ædificandam fidem, ad
quæ geruntur in Ecclesiis referenda sunt omnia, id quod fides cu-
iuslibet agnoscit: tu etiam iudicū adhibuit rationis, qđ iudicat barba-
rū & absontū esse, loqui in cœtu lingua, quæ nō intelligatur ab oībus.

Ita de eo quod uetus mulieres loqui in Ecclesia, præter argumen-
tum subiectionis, cui scripture diserte mulieres astringit, præiudicis-
um adducit aliarum Ecclesiarum. Moderati enim & religiosi animi
est, in ijs quæ cum nullo præcepto Dei dissident, imo etiam cum præ-
cebris Dei sunt consentanea, aliorum, & sanctorum maxime iudicio
libenter deferre.

Et quidem ex hoc ipso loco Apostolus clare nos docet, undesit
Ecclesiis sua autoritas, ac quatenus earum sequendum iudicium sit.
Ana uobis inquit uerbum Dei profectum est, an ad uos solos perue-
nit? Ea

nit: En ideo aliarum Ecclesiarum iudicio deferre & cedere Corinthii os uoluit, quod & illæ, atque plæræcque earum prius quam Corinthii uerbum Dei amplexæ, & spiritu Christi præditæ essent. Dei igitur uerbo Ecclesiarum authoritas constat, & quo unaquæque illud tene

re rectius apparet, hoc eius amplior existit authoritas.

Rerum media rum libertas. At quia de his rebus, non semper necessariae, & omnibus eiudem fieri conclusiones possunt, Apostolus illa de uelandis mulieribus desert omnium sanctorum simplici & non contentioso iudicio, **v. Corin. ii.** quis, inquit, uidetur contentiosus, nos tamē consuetudinem non habemus, nec Ecclesia Dei. Ita illa de utili & inutili usu linguarum ac prophetiarum; item de eo, quod mulieres tacere debent in Ecclesia, ob uitio iudicio omnium eorum qui Spiritu Dei sint prædicti. Si quis, inquit, uidetur propheta esse, aut afflatus spiritu, cognoscat quæ uobis scribo, quia præcepta Domini sunt, si quis ignorat, ignoret.

Vide & hic Apostolum, pondus suis præceptionibus inde petere, quia non suæ, sed Domini præceptiones essent, & agnoscit a spiritu talibus dumtaxat oporteret. Erant siquidem conclusæ ex ihsu scripturarum oraculis, quibus clare & certo docemur, cuncta dona Spiritus sancti ad id Ecclesiæ collata, ut homines salutariter per ea doceantur & instituantur, sic usurpari debere, ut h, quibus ea exhibentur in pietate proficiant.

Quorū inquires hæc tam multa? Huc Latome pertinent, ut ostendam, omnes eos, qui aliqua cum autoritate docere & statuerūt in Ecclesia, & doctrinæ, præceptisq; suis Ecclesiæ authoritatem prætendere uolunt, debere semper adferre authoritatem scripturarum; nec id modo, cum traduntur dogmata & præcepta ad salutem omnibus necessaria, quæ omnia assert scriptura, & clarissime suppeditata, siue ad uerbum hiat expressa, siue evidenti & indubitate Sylogismo conclusa; uerum etiam cum de ihsu rebus iudicatur aut statuitur, quæ nec necessaria sunt iudicatu omnibus, nec adeo evidenti consecutione inferri possunt ex scripturis.

Christus ipse Dubitari enim non potest, Christum ipsum & Apostolum eius, et Apostoli suu optimam docendæ religionis rationem obseruasse, ideoq; eam in **omnia scrip-** scripturis etiā, ut ipsam sequamur, præscriptisse: iam ex his quæ ad*duxi* & confirmarunt.

duxi, & multis alijs scripturæ locis constat, Christum ipsum & eius Apostolū, qui solus plusquā quiuīs alij in Ecclesiis & instituendis, & instaurandis, & perficiendis laborauit, neque frustra confirmasse plurimis & euidentibus testimonij scripturarum, non solum necessaria cognitu dogmata, uerum etiam eas doctrinas & obseruationes, que non habent in scripturis propria ulla, uel adeo manifesta præcepta, quoniā non ad omnes æque pertinent.

Hanc ipsam rationem docendi & confirmandi omnia in Ecclesia Dei per scripturas, obseruarunt etiam ueteres sancti Patres, cum in suis proprijs libris & scriptis, tum etiam in Conciliorū Decretis. Certo enim uerbo Dei nitatur fides oportet, & est hoc in scripturis Canonicis certissime traditum.

Duo alioqui attribuuntur authoritati Ecclesiæ & Conciliorum. *Traditiones Ecclesiæ*, aut Traditiones, quæ absque scripto traditæ dicuntur ab Apostolis, uel post Apostolos, a Sanctis Patribus; & interpretationes legitimæ ritus, aut interpretationes scripturarum. Ex priori genere sunt, baptisma infantium, obseruaz terpretatio= tio diei Dominici, quod Cœna Domini a iejunis celebretur & percis, nes sunt scri= piatur, & pleraq; alia huiusmodi. Item Canones plærius omnes de pture. disciplina Cleri & reliquæ Ecclesiæ. Ex altero genere est, præcipuo rum articulorum fidei uerus intellectus.

Vt cum scriptura dicit Dominum Deum condidisse omnia, & In quibus tra= locutum esse cum Patribus ac Prophetis, intelligamus hunc esse Deum, qui habet Ecclæsiæ ab Apo= um uerum, unum & summum atque optimum, non aliud esse præter hunc mundi rectorem, aut malum & sæuum, mali conditorem: stolis uerū sen= nec etiā angelos ut Cerdon, Marcion, Manichæi, Carpocrates, Che= sum scriptura rum.

rintus ac plærius alij Hæretici blasphemarunt. Ita cum scriptura nobis prædicat Patrem, Filium & Spiritum, sentimus tres personas & unam substantiam. Cum Dominum Iesum filium Dei & hominem celebrat, credimus eum, & uere Deum, & uere hominem esse. Contra quam fidem infinita turba hæreticorum insanuit. Nam alij con= fundunt personas in Deo, quod Præxas, Hermogenes, & Sabellius fecisse scribuntur, qui Patrem passum esse affirmarunt, quare Patri= passiani uocatis sunt. Alij essentiam Dei distrahunt, ubi quidam Chris= tum purum hominem fecerunt, ut Carpocrates, Cherintus, Ebion

T ac mul

ac multi alij, nonnulli non quidem purum hominem, Sed Deum non autem Deum uerum, qui eiusdē cum Patre sit substantia, ut colunt luuies Arrianorum. Aliqui etiam Spiritum sanctum Deum esse negantur, ut Macedoniani. Alij rejeicunt ueritatem humanæ naturæ a uerbo assumptæ, ut Valentinius, Apollinaris, Eutyches, ac nonnulli alij.

Ad eundem modum ubi scriptura prædicat mortem & resurrectionem Domini, & nostram, cum peccatum ostendit uitiatæ originis, cum testatur sanctos hinc semper peccato esse obnoxios, de his accusatis omnibus alijs huiuscmodi rebus, quarum cognitio ad salutem necessaria est, obtinet Ecclesia ueram scripturarum interpretationem, receptam iam inde ab Apostolis, & vindicatam contra uariam ac multiplicem hæreticorum sophisticam.

Quanquam autem sancti Patres habebat de his rebus traditam a maioribus, certam uel obseruationem, uel interpretationem, tam cum uellent fidem, rectamq; intelligentiam, & obseruationem earum rerum, uel confirmare in piorum conscientijs, uel tueri apud hos contra hæreticos, & errores contrarios refellere, non certe his Ecclesie traditionibus, sed diuinis maxime scripturis usi sunt & innixi. Obicecerunt quidem etiam traditiones, sicut & Paulus Corinthiis aliarum Ecclesiarum præjudicium obiecit, omnem tamen demonstrationem ex D. scripturis sumpserunt.

Quanti traditiones Ireneo & Tertullianus: Efferunt traditionem Ecclesiæ Irenæus & Tertullianus: efferunt eam etiam Augustinus & alij. Sed quibus in rebus? Ut scripturas omnines tam ueteris, quam noui testamenti credamus nobis ditinuitus traditas esse, & ea, de qua modo exposui in principiis dogmatis intelligentia. Ut nimirum ratum & extra omnem dubitationem sit symbolum fidei nostræ, quod Apostolicum uocatur, & eo ipso sensu, quo illud hodie omnes profitemur. Nam hoc uterque proponebit, tanquam perfectam fidei regulam, cui nec adiici quicquam nec detrahi possit, & qua salua tuta sit de rebus omnibus inquisitio.

Tertullianus negat utile esse disputare cum hæreticis ex scripturis. Verum: sed quibus cum hæreticis? Qui quasdam scripturas non recipiebant, & si quas recipiebāt, eas adiectionibus quibusdam & de-

& detractionibus ad institutum suum interuerterebant, qui nec traditionibus acquiescebant, nec scripturis. Verū, ut de eis scripsit Irenæus & Tertullianus, cum urgerentur scripturis, confugiebant ad traditionem, si traditione, ad scripturas. Mittendi igitur erant negantes principia.

Irenæus lib. 3.
capite 2.
Tertullian. de
prescriptio-
nibus.

Prouocant hi ambo ad Ecclesiæ Apostolicas, ut ab eis percipiantur religionis dogmata, quæ apud eas deposuerant Apostoli. Sed quas docent Ecclesiæ Apostolicas haberi oportere? Has, in quibus docebantur quæ ab Apostolis tradita sunt omnia: idque sincere. Vbi apparuerit, inquit Tertullianus, esse ueritatem disciplinæ, & sic,, Quæ Ecclie A. postolice

dei Christianæ, illuc erit ueritas scripturarum, & expositionum, & oꝝ,,

Tertullianus traditionum Christianarum. Prouocat uteque Irenæus &c,,

primis, deinde etiam ad Ephesinam, Smyrnensem, Philippensem,

& alias, & ad has recurrentem Irenæus censet, si de aliqua modica

quæstione disceptatio sit, & ab his petendum ordinem traditionis,

etiam si Apostoli nullas scripturas reliquisten.

Sed quamobrem prouocant hi Sancti uiri ad fidem & authoritatem harum Ecclesiæ. An quia in his locis fuerunt aut fundatores habuerunt Apostolos? Ecclesia Dei erat Hierosolymis fundata & constituta ab ipso Deo: tamen cum huius urbis populus profecta religione Dei, se in uariis idololatris præcipitè abiecit, Deus uocauit eum sedam & abominandam meretricem, non suam agnouit sponsam: numen suum ab eo remouit, & uenundedit eū gentibus. Quo tempore hi Sancti uiri Irenæus & Tertullianus ista scriptura, uigebat in istis Ecclesiis, Romana, Ephesina, Smyrnensi, & similibus, ueritas disciplinæ, et fidei Christianæ, traducere religiōis adhuc syncretū obtinebat. Hac precise de causa, ad istarū Ecclesiæ authoritatē, hi scriptores prouocādū docuerūt. Hodie enim, iimo pridē quid disciplinæ, aut fidei in Christū est Ephesi? quid Smyrni? quid Roman? Quod n. Hierosolymitanæ Ecclesiæ accidit, qua nulla fuit illustris usu uenit. Deseruerunt uerbum Domini, & desertæ sunt ab illo. Proinde quoniam ueritas disciplinæ, & fidei Christianæ, in scripturis semper certa & sincera extat, quod in Ecclesiis non ita contingit,

Tū ut ars

ut argumento sunt hæ ipsæ, quashi Patres tantopere celebrarunt Ecclesiæ: & hi ipsi, & alijs S. Patres cum uellent pios homines in fide cōfirmare, siue haereticos apud hos confutare, autoritatem maxime scripturarum omnes adduxerunt: quam Irenæus hoc ipso loco, in quo de primis religionis nostræ principijs differit, fundamentum & columnam fidei nostræ uocat. Quod quidem, inquit, preconianerunt (loquitur de Apostolis) postea uero per Dei uoluntatē in scripsituris nobis tradiderunt, fundamentum & columnam fidei nostræ futurum,

Irenæus.

Scripturæ, fundamen^{tum} & columnæ fidei nostræ. lib. 3.

Cap. 1.

Dubitare igitur de eo non potest, authoritatem Ecclesiæ unitiæ sæ, & omnium, qui Ecclesiæ nomine quicquam uel adserere, uel reprehendere, præcipere aut prohibere uolunt, cōstat & pendere, maxime ex ipsis diuinarum scripturarum oraculis, & hæc in omnibus, quæ Ecclesiæ nomine & authoritate proponuntur, cum primis esse requirenda. Et hæc quidem D. scripturæ de necessarijs religionis dogmatis, expresse, diserte, proprie, & copiose suppeditant. De non a deo necessarijs ita tamen benigne subministrant, quanç generatio, ut omnes qui Spíritu Christi prædicti sunt, & qui contentiones odrunt, facile & de his rebus ex scripturis, uel per se cognoscant ipsi, uel ab alijs doceri possint, quid uerum & rectum, quid amplectendum

Traditionibus aut fugiendum sit. Quod ipsum traditionibus certo fieri non potest, hodie nihil demonstrari potest in religione Christi. quoniam a paucis adeo cognoscitur, quæ traditiones uere sint Apostolicae, quæ minus, nec extat liber ullus authenticus ex quo illud cognosci queat alius, q̄ sola diuina Biblia, nec supersunt hodie pro dolor, Ecclesiæ illæ Apostolicæ, quæ ueritatē discipline & fidei Christi puram, certamque seruassent. Quod non solum ex indubitate omnium S. Patrum & decretis, & scriptis alijs, nec sunt facile ulli tam impudentes, qui secus habere rem affirmare ausint.

Luc. 16.

Effectum igitur est & demonstratum, nec S. Patres aliquid magis fide dignum in Ecclesia, quam scripturas iudicasse, & sicut fecerunt Dominus, sicut fecerunt Apostoli, ita etiam cōstat S. Patres, ad legem, ad Prophetarum & Apostolorum scripta semper remisisse omnes, quos in doctrina religionis instituendos suscepserunt.

Nicitur

Nititur quidem, ut dixi, authoritas Ecclesiæ ac ministrorum eius,
etiam Spiritu Christi, qui suis operibus & fructibus, a sanctis cognoscatur. Ut à Spiritu
scitur. Paulus enim, cum certum ei scripturæ testimonium, & oraculum constet autho-
rum decesset, quando prædicabat: Beatiorem esse conditionem eorum ritas Ecclesiæ.
qui uiuunt Domino cœlibes, ad id uocati, quam sit conditio coniu-
gum, laudauit Spiritum Dei in se authorem huius sententie. Videor, 1. Corinth. 7.
inquit, & ego Spiritum Dei habere. Cum igitur Spiritus Christi seru-
tatur mysteria Dei, certe eorum de religione sententia haberri merito
debet Ecclesiæ & cunctis fidelibus probabilior, qui se Spiritu Christi
ex ueris ipsius fructibus declarant esse donatos copiosius.

Accramen quia Satan saepè se transformat in Angelum lucis, & 2. Corinth. 11.
salsus Antichristi spiritus, frequenter pro Spiritu Christi sese insinuat
& obrepit: idcirco probandi sunt spiritus, an sint ex Deo, nec ulla re-
aliam certius id fieri potest, quam ipsis scripturis, ipsa lege Domini, ad
quam & Dominus ipse probationem spirituum exigendam præcep-
pit, Deut. xiiij. Si surrexerit in medio tui propheta, aut somniator som-
nij, & dederit tibi signum, aut portentum, ueneritque signum aut por-
tentum, quod tibi prædixit, & dixerit: eamus post deos alienos, quos
non cognouisti, & seruiamus eis. Non audias uerba prophetæ illius,
aut qui somniauerit huiusmodi somnium: quia tentat uos Dominus
Deus uester, ut sciat utrum sitis amantes Dominum Deum uestrum
in toto corde, & in tota anima uestra. Post Dominum Deum uestrum
incedetis, atque eum timebitis: præcepta eius custodietis, & uocem
eius audieritis, ipsi seruietis, atque ei adhærebitis. Vides quomodo de-
bet propheta ad cultum deorum ignotorum, hoc est, eorum de quis
bus in lege Domini nihil traditum, aut præceptum habetur, si au-
get ab eo cultu, quem Deus suo ipse uerbo docuit.

Sunt itaque merito, quidem apud Ecclesiæ Christi in maiore autho-
ritate, & habentur præ alijs fide digniores, in quibus apparent am-
pliora dona Spiritus Christi, ex ueris fructibus, inter quos primum lo-
cum habet scripturarum ueneratio, & religiosa tractatio. Sed interim
nemo in hac uita Spiritu sancto sic donatus est, ut capitatis impuritatibus
& pecunio uitio non sit obnoxius, & necesse habeat orare quotidie

T iii ut custos

Quomodo De
us iudicari spi
ritus præcepit

ut custodiatur a spiritu malo, cuius laqueos & malas suggestiones, quoniam nullus hic semper evitare potest, sit, ut quantumvis magni & excellentes homines subinde labantur, quod scriptura de omnibus prope summis Ecclesiæ luminibus, insigni aliquo lapsu & exemplo commemorat; ut supra de D. Petro, de Barnaba, & magna parte Ecclesiæ Antiochenæ diximus. Ad legem igitur & Prophetas, ad Apostolorum scripta sunt examinanda & probanda, quæcunque etiam dicta & scripta hominum: & ita senserunt S. Patres ad unum omnes. Probabilia quidem sunt, quæ excellentibus viris placent, & videntur esse bona: sed certa & demonstrata, ea solum in Ecclesia Christi, quæ habentur sunt ex divinis literis indubitate conclusa. Deinde ut quisque pious, quo plura a Dño acceperit, hoc libetius, & studiosius id prædictat: ita quo quisque mysteria plura in religione nostra noverit, hoc studiosius ea ex divinis scripturis proferet, quo videatur in Ecclesia nihil loqui præter sermones Dei.

Ut ergo concludamus de authoritate non solum Ecclesiæ singularum, & ministrorum, sed etiam Ecclesiæ uniuersitatis, & eorum qui eam repræsentant pleniorum Conciliorum, ea, quæ sequuntur de monstrauimus. Primum, permagnam esse omnis Ecclesiæ Christi & ministrorum eius, qui uere sunt hoc quod dicuntur, authoritatem & magnum pondus apudpios habere, omnia quæ nomine Christi proficeruntur, & docentur a ueris Ecclesiæ ministris. Vixit enim Christus in his, loquitur, & agit, sed quia non penitus, neque solum uiuit in eis Christus: & quoniam in omnibus fidelibus quantilibet donati spiritu sunt, uetus homo resideret etiam in hoc est, quia sunt obnoxii omnibus uarijs diaboli præstigijs, & ignorantia plurimæ, siue separatis a gat, siue congregatis in unum omnes, non potest uel Ecclesiæ uniuersitas authoritas, etiam illa tota sit in unum locum collecta, & ex omnibus quidem suis membris, quæ unquam in orbe toto fuerunt, aut hodierno, dies sunt absque scripturarum testimonij, in ulla re fidem bus, sed non facere. Vnde uere dictum est illud, Priuato laico adferenti pro summa nec se scripturas, plus fidei accommodandum esse in rebus religionis, quam pro rursus in generali Concilio totam Ecclesiam repræsentanti, si scripturas non adserat. Oues enim Christi non acquiescent, dum audiant certam uox

nam uocem sui pastoris, & mens cupiens uiuere Deo', certa non est,
donec intelligat ea quæ audit, niti illo primo Theologiae principio, Lib. Confess.
Hac dicit Dominus. Sponsa uera Christi animo tranquillo esse non s. Cap. ultimo
potest, quo ad dicere ei liceat. En Dilectus meus ipse mihi loquitur.
Huius uero uox iuxta communem dispensationis diuinæ erga nos
regulam, haud aliunde certius, quam ex diuinis literis sonat.

Deinde planum & hoc est, quoniam Ecclesia Dei corpus Christi
est, & singuli Christiani membra sunt Christi, in quo manent & habent
illum manentem in se, necesse esse, ut authoritas Ecclesiarum Christi,
& omnium ministrorum ac membrorum congruat semper & conso-
lentia in necessarijs ad salutem dogmatis, cum authoritate scripturas
rum, ac inde etiam momentum aliquod adferat, cum ad id, ut scri-
pius fides habeatur, tum ad hoc ut scripturæ recte intelligantur.
Dominus enim cuius donum & opus est ista Ecclesiarum & sancto-
rum suorum authoritas, ut etiam hac dignatur ad erudiendum &
confirmandum suos, nec uulgarem sane ultim huius authoritatis in eis
legit suis subinde explicare solent, cum commouendo illos ad reci-
piendum scripturas, tum etiam erudiendo, ut quod in illis traditur
& citius & rectius intelligent.

Vnde illud Augustini est. Non crederem Euangeliō, nisi me co-
moueret authoritas Ecclesie. Etenim nisi Ecclesia, quæ Euangeliū ipsi
primum obtulit, in eo fide dignam iudicasset, & a Dño credidisset ea
acepisse, quod ipsi tradebat, nunque Euangeliū cognouisset aut rece-
pisset. Animaduerterat autem in Ecclesia talē esse doctrinā & uitā qua
nulla possit excogitari melior; hinc ergo Deum etiam regnare in ea,
& uerbū suum ac Euangeliū exhibere, facilius credidit. Hac tñ ipsam
persuasionē & fidē de Ecclesia, & ut eā Ecclesia Dei agnosceret, & quas
ipsi proponebat scripturas diuinitus inspiratas crederet, Spiritus
sanctus ex ipsis denique Canonicis scriptis, ut de se ipso fatetur perfecit.
Postquam enim Dominus ei dedit quod ipse de se scribit, uocem il-
lam. Tolle, lege, tolle, lege, tanquam ad se diuinitus delapsam agnos-
cere, ac Paulum legere, tum demum quasi luce securitatis insula cor-
di ipsius, omnes dubitationis tenebræ diffugerunt, tunc discere &
credes

credere plane cœpit, & Ecclesiam ipsam, & eius autoritatem, & quæ ipsi præcepta Christi sui tradebat plane agnoscere.

Commouer ergo ad credendū Euangeliō, Ecclesiæ, item omnium uerorum Ecclesiæ ministrorum & membrorum authoritas, Vetus & quæ sit Ecclesia ipsa, & quanti sit facienda Ecclesiæ authoritas, quæ præcepta Dei, quis horum uerus intellectus, uera obedientia, haec omnia, non nisi ex authoritate Euangeliū plane tandem ac solide intelliguntur, creduntur, seruantur, luce tamen & opera Spiritus sancti, ista intus docentis, & per scripturas demonstrantis.

Tertio perspicuum & illud est, Ecclesiam Christi catholicam, id est, uniuersam, nullum suum proprium librum agnoscere, in quo tradiciones Christi & Apostolorum filijs Dei certo exhibeat, præter diuinias Scripturas. Nam Ecclesiæ uniuersæ, quæ uidelicet complectitur, omnes qui Christo iam inde ab initio mundi crediderūt, hodieque credunt, nihil potest tribui, tanquam proprium, nisi quod in religione creditum sit a sanctis Dei ubiq; & semper, & ab omnibus. Id quod uere propriæ catholicū est, ut recte definiuit Vincentius Lirinenfis, in Lib. quem scripsit pro catholicæ fidei antiquitate & uniuersitate, contra profanas omnium Hærescon nouationes. Iam uero nullus est liber, nullorum extant Conciliorum decreta, nullorum Patrum scripta, quæ quidem Ecclesia, iam inde ab Apostolorum temporibus receperit, aut seruauerit semper, præter ipsas diuinias literas. Sed nec ubique, nec ab omnibus, ulla alia uel Decreta, uel scripta recepta sunt, exceptis paucis traditionibus, & Canonibus, qui scilicet ex ijs Ecclesiæ eata diuinis scripturis omnino & dare desumpti sunt, uel diserte in illis traditi, & ad uerbum expressi, aut certe euidenter ex illis conclusi. Cetera non aliter ab Ecclesia Dei admissa sunt, quam ut apud Ecclesiæ, obseruauit se, & singulos Christianos tantum ualeant, quantum authores eorum per, & ubiq; ex D. scripturis & rationibus probabilibus persuaserint, uti D. Augustinus recte docer.

Ex quibus & illud concluditur, neminem posse authoritatem obtrudere Ecclesiæ uniuersalis, id est, Catholicæ, nisi qui ea adferat, quæ constat esse a Catholicis credita semper, iam inde a transitu Apostolorū, ubiq; hoc est in omnibus Catholicis Ecclesiis, & ab omnibus

nibus, quæ Christiano nomine censerí debeant. In confessio enim est illud, quod D. Irenæus & Tertullianus, locis paulo ante adductis de monstrant, doctrinam religionis nostræ a Christo Domino Apo^r Apostoli do- stolis perfectam esse traditam, cui nec adiçti quicquam, nec detrahi, doctrinam pietat^e & in qua nihil immurari possit: & Apostolos, quam acceperunt, tis tradiderūt perfectam item tradidisse Ecclesiis, quas instituerunt. Nam nullus perfectam. extat liber, ut antea dictum est, alias, quam sacrarum scripturarum, ex quo certo cognosci possit, quid uel Christus Dominus Aposto^r lis, uel Apostoli Ecclesiis tradiderint. Quorum enim hodie uel ueru- stitatem ueritatis habentur: aut in quibus actis Synodorum habentur tradita ab Apostolis omnia: Sed nec ullæ sus- persunt Ecclesiæ Apostolicæ, apud quas Traditiones Apostolicæ sincerae extent.

Valeat igitur & locum habeat, illa uere Apostolica Traditio, in N. Tradit. Ecclesiæ nihil esse legendum quam sacras scripturas, & ex his do^r Apostolorum doctrinam pietatis omnem defumendam esse, & conseruandam, ut ha- betur 1. Timoth. 4. & 2. Timoth. 3. Item Canone Concil. Laodiceni 16. & 49. Constant: in Trullo. Can. 19.

Quarto consecutum & hoc est, authoritatem Ecclesiæ Christi meæ Quæ maior in rito esse penes ministros Ecclesiæ pios, maiorem q̄ apud laicos: am^r Ecclesia au- pliorē item penes eos Ecclesiarum mīnistros, qui in scripturis sunt thoritas. amplius exercitari, & Spiritu opulētius prædicti: grandiorem adhuc penes piorum Concilia, & celsiorem apud Concilia Sanctorum am Apud quos ma- pliora. Amat enim Deus suas uocationes, & munera, & ornare ea so ior authoritas ler singularibus donis ad edificationem Ecclesiæ suæ. amat item suo- rum coru^s, & est in medio eorum, donatq; illis, ut collata a se in cō- mune singulorum dona, & Spiritus sui facultates, Ecclesiis plus cō- modi adlerant.

Hæc autem Deus ita dispensat non necessario, sed pro sua liberali benignitate. Interdum enim laico uidere in suis mysterijs largitur, quod celat summos Episcopos, nonnūquam uni Episcopo rum reuelat, quod rectum manet amplio Concilio: ut in Synodo Ni- cena, uni Paphnutio declarauit, non indicendum esse cælibatum Sa- cerdotibus, quod toti reliquo Cōcilio, quālibet numero & sancto

non aperuerat. Quo circa inter omnes Christianos , quocunq; loco
habentur, in omni eorum coetu ualere illud debet , quod Spiritus &
Sanctus per Paulū præcepit, ut Prophetæ duo auttres loquantur, &
cæteri dijudicent. Si uero alijs reuelatum fuerit sedenti, primus taceat.

Consequitur ex his & illud, nullis Episcopis uel singulis, uel uni
uersis, quantumuis magna illi excellant uel dignitate, uel opulentia
spiritus, licere præcipere, aut statuere aliquid, quod non antea in Ecclesie
traditum sit a Christo ipso & Apostolis , adeoq; singulorum &
uniuersorum esse, ex scripturis omnia sua proferre, & confirmare: ac
seruandum id omnibus esse, ad quod Constantinus Imperator Pa
tres in magna Nicena Synodo collectos hortabatur, his uestib; Eu
stachii

- Pia Impe
rat. Con
statini ad
scrip. ex
hortatio
 - Vincent.
Lirinen.
Eccl. offi
ciū, nihil
mutare.
 - Officium
Conciliorū
- ,, angelici libri sunt, et Apostolici, antiquorumq; Prophetarū oracula,
,, quæ nos manifeste instruunt, quid sentiendū sit de diuinis rebus: repu
,, diata igitur hostili contentione, suscipiamus ex sermonibus diuinis
,, inspiratis quæstionum solutionem . Vnde officium Ecclesiæ in
,, Concilij Vincentius Lirinen sis describit ad hunc modum .
Christi Ecclesia sedula & cauta depositorum apud se dogmatum
,, custos. Nihil in his unquam permittat, nihil minuit, nihil addit, non
,, amputat necessaria, non adponit superflua, non amittit sua, non usur
,, pat aliena, sed omni industria hoc unum studer, ut uetera fideliter sa
,, pienterq; tractando, si qua illa sunt antiquitus informata, & inchoata
,, accuret, & poliat; si qua iam expressa, et enucleata, consolidet, firmet,
,, si qua iam confirmata & definita, custodiat . Denique, quid unquam
,, aliud Conciliorū decretis enīsa est, nisi ut quod antea simpliciter cre
,, debatur, hoc idem postea diligentius crederetur: quod antea lenitus
,, prædicabatur, hoc idem postea instantius prædicaretur: quod antea
,, securius colebatur, hoc idem postea maiore sollicitudine excolleretur.

Hæc satis nunc sint de authoritate Ecclesiæ , tam ea, quæ illi per
se, & uniuersæ competit, quam ea, quæ resider in singulis membris
eius & ministris, ijsq; siue agentibus seorsim, siue cōgregatis in unum,
idq; siue paruo, siue magno numero. Interim & de authoritate scriptu
ræ diuinæ, quantum ad præsentem caussam sufficit, explicata est sen
tentia Ecclesiæ Christi .

DE POTES TATE Ecclesiæ,

Autho

AVTHORITATI Ecclesiæ proxima est potestas eius, de qua uidelicet, quæ nam & quanta sit, & penes quas resideat, per quos denique administrari eam præcipue deceat, conuenire oportet, ihs, qui plenam de Ecclesia Christi confessionem inter se constituer e voluit. Est ergo potestas Ecclesiæ, ea facultas, qua Ecclesia recipit quos iubet **Potestas Eccl.** Dominus, remissis peccatis, in consortiu regni ipsius: & reiicit, item, quos ipse reiici præcipit: qua etiam facultate, pascit receptos, ac regit uerbo, Sacramentis, & disciplina, ut veterem hominem indies magis atque magis aboleant, & nouum instaurent: qua denique ejicit rursum ex consortio Domini eos, qui suis moribus & nequitia id promoverunt. Hanc potestatem tradidit atque sanciuit Dominus Matth. x. xviiiij. xxviiij. Ioan. xx. xxi. Eam explicat Diuus Paulus Actorum xx. i. Corinth. iiiij. iiiij. v. xij. xiiij. ii. Corinth. iiiij. x. & xij. i. ad Thessa. ii. & ii. Thessa. iiiij. In Epistolis ad Timoth. & Titum per omnia.

Hac potestate fideles omnes continentur, & ea potestas ad omnia illa patet quæ instaurandæ nouæ uitæ conferre aliquid possunt. Est **Quanta sit Ecclæ potestas** enim potestas œconomiæ coelestis, quod nomine clavi regni cœlo symbolo administrandæ Domus, significatum est. Ut igitur hoc ē, in quos rum, Paterfamilias, familiæ suæ de omnibus prospicere debet, quæ illi ad ualeat, & ad bene beatoe cuiuendum conducunt: idq; sub cura, prouidentia, & de quæ. sensione ororum, qui supremum imperium administrant ciuitatis, potestatem scz gladij, ita quæ ad ministrant potestatē Ecclesiasticam, pro uidere debent familiæ Dei, de omnibus ihs rebus, quæ illis conferunt ad pie & Christiane uiuendum, idq; sub cura, prouidentia & defensione Christi regis cœlorum, tum etiam Reipub. terrenæ. Porro excessio animaduersio, ut in œconomia sit, est electio e domo, & familiæ, omnicq; consortio Christi.

Disputari solet an huius potestatis sit, ceremonias & ritus in sacris, aliasue rationes uiuendi in scripturis non traditas, præscribere. De eo, quid Ecclesia ipsa credat, in explicando locū de authoritate Ecclesiæ magna ex parte dictū est. Sūma huius dogmatis est. Nullā uite Ecclesia potestatē, nisi quæ faciat ad instaurationē fidei in Christū, quo diserte tota scriptura, & nominatim Pau. i. Cor. io. & 13, restatur.

V ii Quæ

Nulla potestas in Ecclesia praecepit ligionis, uel rationes agendi in vita reliqua, haudquam se potest ultra di quod non coegerit eo sicut ritus & ueniendi rationes extendere, quam quae probari possint ferat ad pietatem ex diuinis scripturis. Utiles enim haec sunt ad instituendos homines pios in omni opere bono, Secundae Timoth. iii.

Penes quos sit Ecclesiastas. Sed ingens est contentio, penes quos resideat haec potestas. Iam qui possint Ecclesiam Christi representare. Sed plerique uestrum contendunt plenitudinem huius potestatis, id est, solutam omnirepresentationem, facultatem abutendi hac potestate, esse penes Romanum Pontificem, propterea quod Petro dictum sit a Domino, Tibi dabo Petrum, claves regni coelorum. Item, Rogauimus te Petre, ne deficit fratres tuae, & tu conuersus confirma fratres tuos, & pasce oves meas. In qua quidem insaniam Pighius exuperavit ceteros omnes, acutissimum alioqui vir, & qui doctissime omnium conatus est Romanum Pontificem, contra Christum tutari. Sed in sensum adeo reprobum traditus fuit, ut auderet non affirmare tantum, sed etiam iactare se demonstratione irrefragabili euicisse, Pontificem Romanum errare non posse in his, quae pertinent ad salutem, & totius Ecclesiae, & membrorum eius; ideoque sententia Pontificis Romani, ut plane infallibili, & tanquam diuino oraculo per omnia standum esse, adeo quidem ut ad explicandas controuerias fidei, ne Concilij quidem opus sit.

Hæc autem non scripturam tantum, sed etiam Traditionibus Apostolicis manifeste contradicunt, ut ex his pater, quae de potestate parvorum Episcoporum supra dixi, in explanatione loci, de Communione Ecclesiae. Concordis enim veterum sententia est, illa, quae ex Evangelio iam adduxi, non ideo dicta esse Petro, quod ad eum solum pertinet, & non etiam ad Apostolos reliquos, ac omnes qui ipsis in Ecclesiarum gubernatione succederunt, ut in nulla etiam huius soliditudinis vox adiecta in his uerbis Domini est. Sed cum Petrus Princeps Apostolorum esset, ipsi nominatim dictum fuit, illud, quod æque pertinebat ad Apostolos & curatores Ecclesiarum omnes, idque propter Ecclesiam unitatem & significandam & commendandam.

Dominus

Dominus enim omnibus Apostolis pariter dixit. Sicut misit me Eadem Apoſt. Pater, & ego mitto uos. Omnibus ex quo Spiritum sanctum inspi om̄ibus poterant: omnibus dixit, Quorū remiseritis peccata remittetur eis &c. Ita tradita. Sed enim hac legatione & potestate Filij Dei, quæ demandata est omnibus Apostolis pariter, quæ potuit alia maior promitti in his verbis, Tibi dabo claves regni cœlorum, uel imperari & tradi in illis, Rogau pro te Petre, Et, Pasce oves meas! Sic ergo res habet, ut Diversus Cyprianus scripsit, libro de simplicitate Praelatorum, cum haec ipsa dicta Domini commemorasset.

Et quamvis Apostolis omnibus post resurrectionem suā parem, potestatem tribuat & dicat, Sicut misit me Pater, & ego mitto uos, accipite Spiritum sanctum. Si cui remiseritis peccata, remittentur ille, & cui tenueritis, tenebuntur; tamen ut unitatem manifestaret, unitatis eiusdem originem ab uno incipientem, sua authoritate disposuit. Hoc erant utique cæteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari confortio precepit & honoris & potestatis, sed exordium ab unitate proficiscitur, ut Ecclesia una monstretur. Hæc ille.

Ecclesia corpus Christi est: proinde quod ad Christum caput hunc corporis attinet, Monarchia est. Penes hunc enim unum, tota Ecclesia est. Ecclesia potestas residet, qui agit in membris suis omnibus omnia: quod Monarchia et ad ipsos uero Christianos inter se comparatos attinet, quoniam omnes pariter membra sunt huius corporis, & eodem spiritu uiuunt & agunt omnes, Res publica est. Omnes enim si aliqui sunt idonei minorum portio, omnes etiam & in Electionibus curatorum, Ecclesiæ suffragia, & in summis iudicij, quæ sunt de doctrina, & ministris, senatibus dicere possunt. Potestas itaque Ecclesiæ, quam Dominus per penes populum homines in Ecclesia sua exerceri uult, penes populum Christi est unus est, authoritas uestrum. Authoritas autem in ea administranda, est penes ministros penes curatores Ecclesiæ, & hoc ea distributione & ratione, quam supra exposui in loco res Ecclesiæ, de communione Ecclesiæ.

Inde Paulus Primæ Corinth. iiiij. ad Corinthiacam, & consequenter ad uniuersam Ecclesiam scripsit. Nemo glorietur in hominibus. Omnia nāc uesta sunt, siue Paulus, siue Apollos, siue Cephas, siue

V iii mūdus,

mundus, siue uita, siue mors, siue præsentia, siue futura, omnia, inquit,
 Apost. omnia
 summa iudicia
 ad plebē Chri-
 sti tulerunt.
 2. Corinth. 2.
 Acto. 1.6.15.
 Vniuersa Ecclesiam adiuinxerunt. Unde & decretū huius Concilij & dijudicati-
 onis, nomine totius Ecclesiae & constitutum et ad fratres Antiochiae
 clesiacū Apo-
 stolis et Presbyteris, nos, Syros, atq; Cilicas missum est, & perscriptum. Vixum est, scribit
 Lucas, Apostolis & Presbyteris, cum uniuersa Ecclesia. Item, Apo-
 byteris elegit stoli & Presbyteri & fratres omnes, fratribus qui sunt Antiochiae per
 & indicauit. Syriam & Ciliciam, gaudere, etc. Hæc ratio agendi non est id iuxta quod
 id est administrationis paucorum, ne optimatum quidem, sed id
 Politic. 4. multorum, id est Republicæ. In Repub. autem potestas penes populum
 est, authoritas penes senatum & magistratum, quod uel ex Arifto
 tele certum est.

Etiam plebs Carthaginensis iudicata de Pont. Roma. Epist. 10. et in Libro 2.
 Hæc uero Apostolica traditio, Cyprianī adhuc tempore, & di-
 postea in Ecclesiis uiguit. Decernendum erat in Ecclesia Carthaginensi de agnoscendo Episcopatu D. Cornelij præsulis Romani, ad hoc iudicium D. Cyprianus suam plebem non modo adhibuit, ne edoceri eam de huius electionis integritate curauit, Romanam missam
 ea ob rem legatis, priusq; eū ut legitimū Ecclesiae Episcopū recipere.

In iudicio uero recipiendorum fratrū, qui lapsi essent, uide quam
 tū plebi suæ derulerit idem S. Martyr, qui & disciplina Ecclesiastice
 uniuersæ, & Episcopalis authoritatis erat uindex admodum strenuus. Ita enim de hac re rescripsit ad eundem Cornelium Romanum
 Epistola tertia Littera pri- mi. , Episcopum. O si posses frater charissime isthic interesse nobiscum, cū prauis isthic & peruersi de schismate reuertuntur, uideres quis mihi labor sit persuadere patientiam fratribus nostris, ut animi dolore lo- pito, recipiendis malis curandisq; consentiant. Et rursus. Vix plebi persuadeo, itmo extorqueo, ut tales patientur admitti. En traditione
 Apostoli

Apostolicam. En rationem administrandæ potestatis Ecclesiasticæ,
Quin has Traditiones reuocatis uos, qui patrum Traditiones no-
bis obiicitis?

Ex his igitur abunde clarum est, potestatem Ecclesiæ apud uni-
uersum populum Christi residere. Vnde & Dominus dixit. Dic Ec^s Matth. 28.
clesiæ, & si non audierit Ecclesiam &c. Ecclesia autem tota concio est
populi Christi, ad quam uniuersam & illa Dominus dixit. Quæcunq;
que ligaueritis super terram &c.

Iam qui in administranda hac potestate, ministrare præcipue po-
pulo Christi debeant, supra quoq; nonnihil dictum est. Nam ictem
qui in alijs sacris ministerijs Ecclesiæ deseruiunt, & in administranda
hac potestate deseruire debent. At quoniam omnium difficultimum
est disciplinam salutariter exercere, ut nec nimium astringatur, nec
ulterius quam oporter relaxetur, illa certe ratio optima est, quam ob-
seruant Fratres Picardi, ij, quis dei suæ confessionem nuper Regi Fer^s Fratres Picar-
dinando oblatam anno. 1535. ediderunt, cum præfatione D. Lu^s diuigorem di-
theri, qui soli prope in orbe, cum puritate doctrinæ, uigorem etiam sciplinae Chri-
disciplinæ Christi apud se restituerunt: quam laudem ut ihs tribua^s sti soli cum do-
mus, & Dominum, qui sic in illis operatur, celebremus, res ipsa nos & trinarestitue-
cogit, etiamsi Fratres illi a præpostere doctis nonnullis contemnan-
tur. Ratiouero quam in hac re obseruant, hæc est.

Præter ministros uerbi & sacramentorum, habent certum col-
legium virorum prudentia & grauitate spiritus præcellentium, qui
munus obeunt monendi ac corrígendi fratres peccantes, cōponendi
diffidentes, & in cauissimis eōrum iudicandi. Excommunicationis ta-
men sententiā, non nisi causa delata ad totā Ecclesiam, & communis
bus sententijs iudicata, serunt, idque per supremum Ecclesiæ cura-
torem. De huiusmodi senioribus scribit & Diuus Ambrosius in
Epistola Prima ad Timotheū capite quinto. Vnde & Synagoga, &
postea Ecclesia Seniores habuit, quorum sine consilio nihil ageba-
tur in Ecclesia. Quod qua negligentia obsoleuerit, nescio, nisi forte
doctorum desidia, aut magis superbia, dū soli uolunt aliquid uideri.
Porro hoc in loco, & illud adiiciendum est, quod etiam ad omne
legitimam sacri ministerij functionem proprie pertinet, ut quisque
ab Ecclesie

ab Ecclesia cui ministrare debet, sit electus & comprobatus. Nam
 est & hæc diuina & Apostolica traditio: Vnde Papa Leo recte censu-
 it. Nulla, inquietus, ratio sinit, ut inter Episcopos habeantur, qui nec a
 Clericis sunt electi, nec a plebibus sunt experti. Hæc Traditio a diuis
 Distinct. 62. Epist. 4. lib. 1. na authoritate descendit, ut D. Cyprianus testatur. Eam uestras
 men Pontifices ut plerasque omnes plane sustulerunt, eoque progressi
 sunt, ut contra manifestas & scriptas & non scriptas Traditiones, Lat
 eos in uniuersum omnes, ab omni actione & iudicio Ecclesiastico
 semel & perpetuo submouerint, adeo, ut ex eminentiis Decretalibus,
 quas sanctissimis Pontificibus Anacleto, Marcello, & Sylvestro per
 summam contumeliam adscriperunt, ne accusationem quidem con-
 tra clericos permisam illuc uelint; quorum tyrannidem posteriores ita
 auxerunt, ut intelligentiam quoque sacrorum omnium, quæc illicet in
 ignota eis lingua administrant, plerasque etiam diuinarum scripturarum
 lectionem ademerint. Hæc satis sint de potestate Ecclesie, & quæ
 sit, & quamlate pateat, & apud quos resideat, & qui esse debeat eius
 præcipui administrari.

Quis ordo Ec- Iam & de ordine Ecclesie, sententiam non nostram, sed Ecclesie
 clesie. Dei uniuersae, proferamus, quanquam & de hoc dictum est aliquid
 in explicatione loci, de Communione Ecclesie. Est igitur ordo Eccle-
 siæ is, quem tradidit Dominus Matth. x. & ultimo. Ioan. xvii. xx.
 Et Paulus copiose explicuit & descripsit, cū in omnibus Episto-
 lis & sermonibus suis, qui sunt a Luca relati in Acta, tum peculiari-
 ter in xij. Rom. i. Corinth. xij. & xiiiij. Ephes. iiiij. i. Timoth. v. Pri-
 mum ut omnes fideles, sicut antea dictum est, membra Christi sunt,
 huic capiti suo adhaerent, & inter se cohaerent, pro modo fidei cuius-
 que dato, per uarietatem & connexionem uocationum & donorum, aperte ele-
 gantissimum corpus efficiunt, unum & ornatum sumum templum Dei,
 uelut lapides summa inter se concinnitate & elegantia composi-
 ti constituant. Nulla enim in mundo hominum societas uel existit,
 uel existere potest, maiore uel benevolentia, & charitate unita, vel
 decentiore munierum iuuandi se mutuo uarietate ac distributione
 digesta, instructa, & ornata.

In hac

In hacdemum societate, homo homini Deus est, in ea ius illud naturæ humanæ & coniunctionis restituitur, ut alter alterum nihilominus quam sese diligat, & adiuuare studeat, præcipue, in rebus ad nouam uitam per se pertinentibus, tum etiam in his, quibus hæ res uitæ cœlestis sustentantur & adiuvantur.

Ad quam mutuam beneficentiam, omnia Christi membra uaria dona accipiunt a capite suo Christo, secundum datam gratiam, facultates scilicet Spiritus sancti, quibus unusquisque munus suum & proximis suis membris, & uniuerso corpori præstare possit. Alia enim habet dona paterfamilias, ut salutariter instituat & regat uxorem, liberos & famulos. Alia materfamilias ut eruditat & foueat filias & famulas, et cætera illa pia œconomiae officia recte & utiliter obeat. Alia qui tradunt bonas artes, ut illis homines salutariter erudiant. Alia qui tenent gubernacula rerum publicarum, ut ea ad salutem omnium regant. Alia qui administrant religionem, ut gloriam Christi, & salutem filiorum rite promoueant. Ita ut quisque a Deo, alijs singulari uocatione iunctus est alijs, & copulatus, sic etiam suis a Domino instruitur donis, per quæ commodet his, quibus iunctus est, gratumq; se, præstet. Et hæ sunt illæ ἀφαὶ τὸν επιχειρίαν, id est iunctus ræ subministratio, quibus Paulus prædicat corpus Christi *Cor. viii. 13.* Ephe. 4. id est coaptatum & compactum, quibus nimirum quisque alteri, ea quæ nouæ uitæ sunt subministrat, & ad instaurationem ac incrementum totius corporis deseruit.

Hic uerus & generalis Ecclesiæ ordo est, omniumq; membrorum Christi inter se decentissima coaptatio & compago, in qua & ille peculiari ordo continetur, qui est inter administratos religionis, & piam plebem, tum inter ministros ipsos erga se inuicem. Constituit enim Dominus ac dedit Ecclesiæ suæ, Primum Apostolos, Secundo Pro Episcopi. Presbyteros, Tertio Doctores & Pastores. Et hos, alios Episcopos, alios Presbyteri. mandata est. His adjuncti sunt Diaconi, quibus præter eleemosynarum curam incubit, ut Presbyteris & Episcopis, totiq; Ecclesiæ ministrarent in recitandis lectionibus Euangelicis, in sanctificandis fidelibus ad Sacramenta, in dispensandis Sacrementis, & exercenda disciplina.

Acoluthi.

His, postea quam Ecclesiae dilatatae fuerant & Subdiaconi sunt additi, ac præfecti Archidiaconi. Adhibiti sunt & Acoluthi, qui cum relictoni, tum ministerij causa, Presbyteros & Episcopos comitentur, eisq[ue] in sacris adstant.

Ea enim fuit olim in sacro ministerio obseruata disciplina, ut Episcopi & Presbyteri nihil prorsus, quod muneris Ecclesiastici esset, per alios exequerentur, quam per Clericos, hoc est, disciplinæ sacrae tiori, cui omnis ordo clericorum addictus erat, consecratos. Idq[ue] a deo seruabatur religiose, ut ne clericam quidem Epistolam (ita Cyprianus uocat, quæ scilicet continet aliquid de munib[us] clericorū) nisi per clericos mitterent.

Lib. 3. Epi. 22. Nam meminit idem S. martyr Cyprianus in Epistola quadam ad Clerum suum, cum scribendum ei semel esset ad Clerum Romanum, & paucos sciret Carthagini adesse clericos, adeo ut uix ad ministerium quotidianum operis sufficerent, hac una de cauſa ut per clericos scriberet, nouos sibi clericos ordinasse, Saturum uidelicet quendam, lectorum, & Opratum confessorem, Hypodiaconum. Hancq[ue] necessitatem excusat quod eam ordinationem, absens a clero suo, fecisset, tametsi habuisse etiam se præiudicium plebis ibidem testetur. Et quoniā, inquit, oportuit me per clericos scribere. De hac autem ueteri Traditione quid apud uos Latoine, est reliqui: quod eius uestigium apud uos supereſt? Non laici modo religiosi, sed omnino profani homines primis clericis & clericorum prelatis ministrant & clerici non Laica tantum, sed etiam profana negotia & ministeria obeunt, utrumque contra ueruſissimas & grauiſſime sanctas Traditiones.

Lectores.

Sed ad rem. Habebat Episcopi & Presbyteri Acoluthos qualisficiatores & testes uitæ suæ, & præsentes ad omnia ministros.

Cantores.

Erant præterea in ordine clericorum & lectors, qui ex pulpite clericali Ecclesiae reliqua recitabant Euangelium Christi, & alias lacras scripturas, idque ita, ut tota plebs lectiones eas intelligeret, & ex his ad pietatem erudirentur.

Sunt etiam constituti postea Psaltæ, Cantores, qui Ecclesiis prærent, cantando psalmos, & sacro hymnos, quos scilicet totus populus canet.

Ius canere solebat, quæ tamen in Ecclesia consuetudo psallendi, in occidentalibus Ecclesiis primū per Ambrosium introducta est, de quo vide Augustinum lib. confes. ix. cap. vii. In orientalibus enim Ecclesiis diu antea extiterat. Haec tamen cantorum, infima est sacri ministerij functio. Quare D. Gregorius Pontifex in Synodo Rom. anathemate prohibuit, ne ei uacarent Sacerdotes & Diaconi, quos scilicet oporteat uerbi Dei & eleemosynarū ministerij incumbere. Prīdem autem nihil prope aliud faciunt Sacerdotes, & Monachi, q̄d quod canunt, nec id Ecclesiæ, sed sibi, imo ne sibi quidem, nam nec ipsi, his quæ legunt & canunt animum aduertunt, plārīcē ne intelligunt quis sumunt.

Fuerunt & Ostiarū, quorum munus erat iuxta Traditionem & Ostiarū. hanc quidem uetusissimam, ut cum mysteria Eucharistiae celebrans da ueniebant, profanos, & ad mensam Domini non admittendos, a coetu sanctorum excluderēt, alij sc̄ temporibus omnibus, ne quid in templis fieret alienum a religione, prouiderent.

Exorcistæ qui dicebantur, fuerunt initio, qui donum ac uim illis Exorciste. iam habebant Spiritus sancti, ut adiuratos per nomen Christi demones ab hominibus depellerent. Cuius rei postea imitatio quædam potius, quam effectus in Ecclesiis hæsit. Quanquam & hodie sanctis precibus impetrari a Deo possit, ut homines a dæmonum uiolentia liberentur. Donum tamen & facultas hæc iam pridē in Ecclesia des Magi, & id est, quemadmodum & donum sanādi ægrotos, ac id genus alia. lolatre exors tui Diuorum consecratis, Sacrificuli in adiurandis dæmonibus face apud delubra re audent. Tales Exorcistæ sunt, quales illi erant, de quibus Lucas me Diuorū hominibus illudit. minit Acto. xix. Quibus ipsi dæmones, si nō agitatione furiosa cor, poris, tamen deteriore insania mentis præualent, & insidunt. Nihil itaque ueteres de hoc ordine habent, & si precum exorcismos erga baptizandos obseruarint.

Hic porro ordines Cleri fuerunt olim, Episcopi, Quorū alij Metropolitæ, alij Primates & Patriarchæ, propter ampliore curam, ut dictū est, uocari solebāt. Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Acoluthi X ij & Lectos

& Lectores, quibus postea adiuncti sunt & Psalte: qui omnes Domino se consecrabant, ut pascendo gregi, & instituendo populo, propositus suo quisque loco & functione, Dñm pro sua hereditate habebant et erat ipsi peculiaris hereditas Dño, unde & Clerici nomine eis indiciti est.

Discrimen & ordo inter Clericos & Laicos. Nec illa re alia differebant a laicis, hoc est a plebeis in Ecclesia, quam uero quod instituenda plebi Christi, & erudienda ad pietatem, tum uerbo, tum uita & actione, toti erant dediti. Hinc etiam qui neque ex patrimonio neque aliunde habebant unde uiuerent, nisi liberalitate & contributione populi alebantur: qui satis habebant ipsi, hi non poterant abscissi sacrilegi criminis quicquam accipere. quod & D. Hieronymus censuit. Inanis autem ista ordinationis ceremonia: falsa nomina & tituli, rasura capitis, longae uestes, & opimæ præbendæ, non distinguebant Clericos a Laicis, ut nunc apud uos sit: sed doctrina & disciplina Christi, facultas & studium pascendi gregis dominici: haec, inquit, quam omnia religiosa exploratione cōperta, & legitima uocatione ac ordinatione comprobata & sancta, constituebant omne discrimen inter ministros uerbi & plebem.

Postquam Ecclesiarum opes auctæ sunt, constituerunt Patres etiam Oeconomos & Defensores, Vicedominos, & Maiores domus: & hos quidem omnes sub eadem disciplina clericali, Etenim sancti Patres nullam aliam ob causam, a rebus & functionibus Ecclesiasticis Laicos submouerunt, quam quod uellent has res & functiones administrari per eos, qui iudicio, cura, & uita magis essent ad ædificationem Ecclesiam idonei, instruti, & studiosi.

Erat ad facienda iudicia ecclesiastica, ut ex loco D. Amb. paulo ante adducto satis apparet, etiam seniores aliquot ex populo Christi deputati.

Cæterum in Laicis erat duo ordines, unus eorum qui profitebatur Monasticen, alter reliquæ plebis, quæ quidem sacramentorum patriceps erat. Monachi enim olim nihil aliud erat quam Laici, qui reliqua Ecclesiæ severioris religionis exemplo inseruebant, uiuentes laboribus manuum suarum, ut olim Rechabitæ in Israele fuerunt. Hanc suisce Monachorum disciplinam, & Monachos inter Laicos numeratos suisce S. Patres omnes testantur, qui de Monachis aliquid scripsi.

Monachi.

Ad quid Monachi in Ecc.

Monachi laici

ptum reliquerunt, Legat qui uollet, quomodo D. Augustinus hunc electio-

Ecclesiæ ordinem descripsérunt Libro De morib[us] Ecclesiæ Cap. xiiii.
 & duobus sequentibus. Item, Lib. De opere Monachorum. Item in
 Epistola. 7 c. ad Aurelium Episcopum Carthaginem. Item quæ
 de Monachis passim scripsit D. Hieronymus, qui ad Heliodorum, se
 cum Monachis, ut esse cœperat, connumerans, ita scripsit: Alia Mo-
 nachorum est cauſa, alia Clericorum. Clerici pascunt oves, ego pas-
 cor. Et Dionysius tertium monachorū ordinem plebis Christi facit,
 separans eos ab ordine clericorum. Sed quid? Nemo S. Patrum scri-
 pta legit, qui istud ignoret, monachos inter laicos Patrum tempore
 numeratos suisse, & manuum suarum uictusasse laboribus: ut a pro-
 fanis, ita etiam ab Ecclesiasticis negotijs abstinentes.

Coloniensium tamen deputati ausi sunt me falsarium hac in re
 uocare, & nominatim, quod ad confirmationem huius sententiæ cis-
 tarim authoritatem Cœcilij Chalcedonensis. At lege tu Latome Cas-
 nonem huius Concilij quartum, in quo nimirum diserte cautum est
 ne monachi ecclesiasticis se negotijs admisceant: lege & reliqua loca,
 quæ de professione monastices adduxi, & uide postea, illi ne, an ego
 falsarius appellari debeam. O miseram plebem, cui præsum homi-
 nes tam nullitus frontis.

Præterea tres ordines habebantur olim, Ecclesiæ adiuncti pos-
 tius, quæ plane in Ecclesia, Catechumeni scilicet: et iij, qui poenitentia Ordines pura-
 sua Ecclesiæ nōdum approbata, nec admissi ad cōmunionem adhuc gandorum.
 essent: et agitati immundis spiritibus. En quos ordines nouit Ec- Catechumeni,
 clesia Christi, habuitque olim, ita, ut eos descripsi distinctos. Poenitentes.
 Nec ulla re alia Laicorum ordini, Clericorū ordo præstabat, q̄s Energumeni.

quod clerici severiorem disciplinam Christi obseruantes, laicos ad
 pietatem, & uerbo & exemplis uitæ instituerent: nec laicorum ordo
 clericorum ordini subiectus erat amplius, quam ut amorem, reue-
 rentiam, & in præceptis Domini obedientiam clericis præstarent,
 sed & gratos se exhiberent, suppeditando illis necessaria corporis, a
 quibus percipiebant bona spiritus, iuxta illud, Communicebat autem Galat. 6.
 quiccatechizatur sermone ei, qui se catechizat in omnibus bonis. Ea-
 dem ratio erat omnium clericorum intersese. Omnis enim membro
 rum Christi, & ministrorū inter se cōiunctio, distributio, ordo, actus

ad id resertur a capite Christo per membra, & a membris sibi ipsis in uicem in Christo, ut augeatur corpus uniuersum, & singula membrorum pietate uirtutem nouæ uitæ uniuersa. Ephe. iiiij.

Postremo & de institutis ac legibus dicendum est, quæ Ecclesiæ tribui debeat, qui ipse quoque locus, in tractatu De authoritate Ecclesiæ abunde explicatus est. Nam Ecclesia sponsa & corpus Christi, nullam autoritatem aut potestatem agnoscit, aut sibi sumit, quam Ecclesiæ potestas quæ facit ad ædificationem fidei in Christum. Quicquid autem huic omnis ad edificationem fidei instaurandæ ulla ratione conferre ac utile esse potest, hoc sacrae fidei Literæ copiose docent. Ex eo igitur facile intelligitur, non posse dictum Canones, aut instituta Ecclesiæ, nisi que omnino faciunt ad ædificationem fidei in Christum, ideoque sunt ex sacris de prompti.

Epilogus.

Hinc iam satis constat, quæ sit fides & doctrina Ecclesiæ Christi, de se ipsa, quid sit, quæ eius societas & communio, & in quibus haec communio consistat: contra, quæ sint Synagogæ Antichristi, & conuenticula hæreticorum, uel diuenticula schismaticorum: quæ sint uestra membra Ecclesiæ, & his intermixta falsa: Qui ueri ministri Ecclesiæ, qui uere Ecclesiam repræsentent: Qui contra hæretici & schismati ci. Quæ sit Ecclesiæ & Scripturæ authoritas, quæ potestas Ecclesiæ, qui ordo, quæ deniq; instituta & Canones. Nunc uestras, Latome, & sententias de omnibus, quas his nostris opponitis, & rationes, quibus, hæc nostra confutare vultis, & uestra stabilire, proferamus & ex cutiamus.

EXCVSSIO SENTENTIAE LATOMEI, ALIORUMQUE ADUERSARIORUM DE ECCLESIA CHRISTI, & RATIONUM QUAS ILLI PRO SE CONTRA NOS ADDUCUNT.

*Controversia
de communione
ue Ecclesiæ.*

Prima igitur controversia inter aduersarios, & Ecclesiam Christi est, de ipsa societate & communione Ecclesiæ, cum quibus ea, & quibus in rebus necessario colenda sit omni Christiano. Exigunt enim Pighius, Alphonsus, cæterique aduersarij nostri, & tu Latome, ut in omni doctrina & religione Christi consentiamus & uiuamus cum Pontifice Romano, & omnibus qui illum agnoscunt caput Ecclesiæ.

clesiae, & agnoscuntur ab illo membra Ecclesiae : & communicemus cum his in omnibus ihs & dogmatis & ritibus, quos Pontifex cum suo corpore, religionis nomine seruat, & seruari præcipit. Exigitis etiam in hac cōmunione promptā obedientiam, ut eidem Pontifici, & ab ipso cōstitutis uel approbatis Episcopis & curatoribus eam exhibeamus in omnibus, quæcunque illi religionis nomine præcepereint. Pighius requirit, ut Pontifici pareamus simpliciter in rebus omnibus, etiam pertinentibus ad externum imperium, tanq; administranti plenissimo imperio potestatem & regnum Christi illud, quod abolitis principatibus & potestatibus omnibus, ut Paulus prædixit solum ipsum & unicum obtinere omnia debeat. Lapidē enim a mōste abscessum sine manibus oportuisse decutere omnia regna, & crescerē in montem, qui totam terram impletat, Hæc ille in Romani Pōtificis imperio confirmat oportere impleri. Atq; hæc aduersariorū Ecclesiæ sententia est.

Ecclesia uero Christi, cōmunionem Christi non nisi cum ihs habe Sententia de re potest, quos iuxta uerbum Domini agnoscit esse membra Christi, communione eruiuere spiritu Christi: nec potest religionis nomen cuiq; obtrudere, Christi Eccle. nisi mandatum & uerbum Domini adferat. Qui enim aliud Euangelion, quam traditū est ab Apostolis afferunt, & Euāgeliō ab Apo Galat. 1. stolis tradito aduersantur, hos oportet ut habeat tanq; anathemata. Qui etiā ihs flagitijs manifeste sunt obnoxii, propter quę Spiritus S. pronūciat, eos nullā habere partem in regno Christi, hos nec ipsa Ecclesia, ut regni Christi participes habere debet. Et cum sit necesse Ecclesiam uacare uerbo Dei, sicut ipse tu scribis, non potest illa cōmutationem Christi cum ullis hominibus admittere in dogmatis & insti tutis, quæ aliena sunt a præceptis Christi. Anathemate enim & hæc damnata sunt. Nos autem a nullo ordine hominum, qui se Christias no nomine censem discessimus, in his quæ ad ueram doctrinā Christi pertinent. Sed quoniam ea quę præter, & contra doctrinam falso tradita fuerant & inuecta, melioribus rebus & doctrina pia cōmutauimus, Pontifex & eius satellites nos abiecerunt, & ab omni sua cōmunione reiectos, Satanæ deuouerunt. Hæc nostra est de cōmunione Ecclesiæ sententia, quam supra copiosius explicauimus.

Hic

Hic uero Latome occurris, & quantum ad Pontificem, & totam eius cohortem attinet, iubetis & contenditis debere nos ei per omnia obtemperare.

Argumenta Latomi, de com- Scribis S. Patres, Augustinum, Ambrosium, Hieronymum & munione & alios Romæ statuere & collocare cathedralē Ecclesie, huic claves, huic cū Pont. Rom gubernaculum, huic iudicium Ecclesiæ tribuere, idq; eos facere scripsit et primum ab p̄tuarum testimonijs, & allegata maiorum autoritate atque coniuncta authoritat. Pa- sensu longissimi temporis, quam quidem authoritarē & consensum trū, seculorū tot scilicet hominum, tot sacerdorum aīs te non posse postponere Lu- therο, qui nemini, præter q̄ sibi soli credat, qui scripturas quoq; misceat, torqueat, & alio diuertat. Deinde hanc uestram sententiam uis argumentū consentaneam quoq; uideri scripturis, ut quæ testentur, Mosen, licet temporaneum legislatorem, & uestantem in umbra, ac typum ad ornantem Euangeliο, prouidisse tamen suis, ut iudicium aliquod haberent de intellectu scripturæ, & sensu legis, a quo quidem iudicio non esset prouocatio, idque tam in rebus profanis quam in sacris.

Absurdum igitur esse putas, si quis affirmet aut existimat, Christum Dei filium, qui lucem ac ueritatem mundo intulit, qui legem diuinam, plenam mysterijs tradidit, nullos uoluuisse esse in terris iudices, nullos interpres earum rerum, quas in contentione uenturas esse sciebat. Hoc uero supremum Ecclesiæ iudicium, de religione, doctrina Christi, de omni pietatis officio uis esse penes Pontificem Romanum, quem unum pastorem, uni ouili Christi præfectum existimas. Qua in re cum Pighio sentis, nisi quod ille hanc uestram argumentationem contendit evidentem esse certamq; demonstrationem.

Tertium Lat. Hunc itaque Rom. Pontificem, & Episcopos ac Prælatos, quo argumentum ille comprobat, contendis, sedere nunc in cathedra Christi, & Ecclesiæ, audiendos esse nobis, atq; in omnibus, quæcunque præcep- rint, & omnem eorum doctrinam recipiendam esse, non ex parte, sed totam, & sine delectu, etiam si imp̄j̄ sint, etiamsi Antichristi sint, etiamsi quid tenent quod inconsultum sit, quod Ecclesiam turbet. Nefas enim esse in authoritatem illorum inquirere. Episcopos etiam re de doctrina eorum, aut officio ipsorum dissidere, quos Dominus in Ecclesiæ

in Ecclesia præficerit, Christum promisso ad futurum se semper ac pud suos et spiritum suum esse daturū, qui doceat et suggestat omnia. ex quo consequi necesse sit, Ecclesiam eius præsentia, semper futuram in columem, & numquam defecturam. In hoc dedisse impositionem manuum, inspirationem spiritus sui: hunc esse sacri ministerij ordi nem, hanc personarum prærogatiuam.

Proinde quæcunque ab his geruntur, & quæ in hanc usque diem *Quartū Ltt.* gesta sunt, ordine gesta esse, & rata debere manere, alioqui nihil certe *argumentum.* tum & firmum esse posse, nec in actionibus nostris omnibus, nec in religione, atque rerum omnium actionumq; humanarum infinitam perturbationem necessario sequi.

Agnoscis Latome & uerba & argumenta tua, quæ sunt numero quatuor. Primum ab authoritate sanctorum Patrum, tot s;culo *Argumēta La* rum, & hominum, qui longissimi scilicet temporis consensu omnes *tomi 4.* per totum prope orbem gubernaculum Ecclesiæ, arcem religionis spem salutis suæ commiserint Rom. Pontifici. Secundum a promissionibus, quæ Christus Ecclesiæ suæ contulit, & a beneficio quod veteri populo præstatum fuit, in eo quod iudicium de rebus omnibus, sacerdotibus commiserit. Tertium a prærogativa persona, rum, eo quod Dominus & ministris suis Spiritum suū promiserit, & reliquos iusserit facere quæcunque illi præceperint. Quartum a necessitate tranquillitatis conseruandæ, cum in uita hac hominum, tum in religione.

Ad primum igitur argumentū authoritatis S. Patrum. Responso ad deo, hanc non prote, sed contra testare apertissime. Primum quidē *argumentū.* gradum dignitatis, primumq; locum in Concilijs, primam sententias arum dicendarū prærogatiuam, S. Patres Ecclesiæ Romani, & eius Patriarchæ, prælenti tamen detulerunt, sed cathedram totius Ecclesiæ, gubernaculū uniuersi populi Christiani, arcem religionis, spem *De Präjudic.* salutis, S. Patre huic Ecclesiæ, uel sedi commisisse, id cum omnibus *Authorit. S.* Hieronymus certe, (quem ausus es inter authores nominare, huius senioribus Scholasticis inaudire uocis) diserte scripsit, maiorem esse *Y* orbis,

orbis, quam urbis autoritatem, ac quemlibet Episcopum quantius parvæ Ecclesiæ, eiusdē esse cum Romano Episcopo Sacerdotiū senten. de p̄e bum adduxi. Sacerdotium enim cum equale tribuit Episcopis omnibus, parem etiam potestatem, candomque iudicandi facultatem emineutia se dis Rom.

cunctis adserit. Expende & illud, quod hoc dictum, Si autoritas queritur, orbis maior est urbe, ius est, qui erat Presbyter Romanæ Ecclesiæ, & responsum est, ad obiectam Romanæ sedis autoritatem, in qua Diaconis permittebatur, id quod D. Hieronimus ex scripturis, & autoritate cæterarum Ecclesiarum refellebat. Palam igitur est hunc Patrem pernegasse, summum esse in Ecclesia, sedis Romæ non iudicium.

Simile.

Considera & locum illum Cypriani, ibidem a me citatum, quo affirmat unum esse in omni Ecclesia Christi Episcopatum, cuius a singulariis in solidum pars teneatur. Dic quid est, in solidum? Dic quid sunt singuli? nisi quod singuli Episcopi, quisque pro portione sue plebis tota sacerdotij potestate & administratione fungi debeant, toto scilicet Episcopatu? Sicut enim lumen solis ubique unum est (quod similiter hic D. Cyprianus adducit) tametsi in uaria loca radios suos multiplices diffundit, sic etiam in cunctis ubiq̄ Ecclesiis unus, in diuiditus, actotus Episcopatus existit. Si igitur singuli tenent totum Episcopatum Christi in suo quisque populo, nec Romano certe, aut cuique alii traditum est gubernaculum Ecclesiæ & religionis universæ.

*Conclusio de
parti Episcopo Martyris, & catholici Ecclesiæ doctoris, in qua nominatim agitur de
rum potestate potestate iudicandi, & prouocatione ad sedem Romanam, id que ad
iudicandi in ho*

mines. Cornelium Pontificem Romanum. Imo lege & perpende Epistola hanc totam, & uidebis Romanum quocq; Pontifice in existimasse ipsum Ecclesiarum, quod Diuus Cyprianus in ea Epistola descripsit, primum & recte institutum esse, uidelicet, ut cuiusq; causa ibi audiat, ubi crimen admissum est, & ubi quisque potest accusatores, & criminis sui testes habere. Item quod singulis pastoribus portio gregis dominici adscripta sit, quam regat unusquisque & gubernet, rationem sui actus Domino redditurus, Hęc Catholica fides tum fuit de potestate Episcopali

itate Episcoporum, quam posteritas mutare non potuit. Hoc ergo uera authenticum Romani Pontificis, & D. Cypriani, qui martyres ambo fuerunt testimonium, & apud te pondus suum habeat. Audis enim, horum tempore Statutum hoc in Ecclesia fuisse, & ambobus his æquum pariter & iustum agnatum, ut cuiusque causa ibi iudicetur, ubi est crimen admissum. Non igitur Romæ tum fuit summū Ecclesiæ tribunal. Audis singulis Pastoribus, iam inde ab initio portio nem gergis Dominici adscriptam esse, non uni alicui addictū gregem uniuersum. Audis inter hos Episcopos singulos numerari & Romanum, non etiam præferri ulli, nedium omnibus. Audis unum quæ regere & gubernare debere suam Dominici gregis portio nem, non uni alicui totum esse traditum gregem. Audis deniq; unū quemque pastorem, gubernationis & administrationis suę rationem esse redditurum, non Pontifici Romano: sed Deo.

Vides igitur ex his clare, quid Ecclesia uera Christi senserit temporibus horum Martyrum, de potestate iudicij in his, quę ad disciplinas attingent, deq; uniuersa gubernationis distributione et paritate, sicut Episcopis a Domino tradita. Audi nunc ex eodem Martyre, quid Ecclesia crediderit eo tempore delatum esse, cuicq; Episcopo, in iudicando de religione publica. Eam enim, quā modo recitabo sententiam pronuntiatam, ab hoc sancto martyre in Concilio, D. Augustinus aliquoties citat, & ut orthodoxam collaudat.

Supereft, inquit, ut de hac ipsa re quid singuli sentiamus, profes Cyprianus de ramus, neminem iudicantes, aut a iure communionis aliquem, si dis pari potestate uersum senserit, amouentes, neque enim quisquam nostrum Episcoporum se esse Episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obsecrum in iudicando de quendi necessitatem collegas suos adgit: quando habet omnis Episcopus religionem. Scopus pro licentia libertatis & potestatis suae arbitrium proprium, tanquam iudicari ab alio non possit, quomodo nec ipse potest alterū iudicare, sed expectemus uniuersi iudicium Domini nostri Iesu Christi, qui unus & solus habet potestatem & præponendi nos in Ecclesiæ gubernatione, & de actu nostro iudicandi. Hæc ille.

Sententia igitur Ecclesiæ Catholica est, primum neminem debet Nemo Episcopus, Episcoporum, Ergo neq; Romano licere hoc potest. pus Episcopo Y ñ Deinde rum.

Deinde, Tyrannicum esse, ad obsequendi necessitatem collegas adiungere, omnem Episcopum habere pro licentia libertatis & potestatis suę arbitrium proprium. Tyrannidis igitur non potestatis legitimatis Romanum Pontificem iudicium de religione sibi soli sumere, & ceteros omnes ad obsequendi necessitatem adiungere. Postremo, Nullum Episcopum alterum iudicare posse, sed expectandum esse universis iudicium Domini nostri Iesu Christi, qui unus & solus potestam habet & præponendi Episcopos in Ecclesiæ suæ gubernatione, & de actu eorū iudicādi. Iniuria est ergo & uis, quod Romanus Pontifex hanc sibi potestatem, Episcopos & præponendi & iudicandi uendicat.

Hæc tamen, quæ de libero cuiusque Episcopi arbitrio, atq[ue] de eo quod Episcopum a nullo alio Episcopo, sed a solo Christo iudicari oporteat; de his rebus intelligenda sunt de quibus nihil præiudicatur, habet scriptura, ut illa questio erat, de qua, in eo Cōcilio tractabatur, an rebaptizari scilicet oporteret baptizatos ab hereticis. Nam in his rebus, de quibus scriptura & uere Apostolica Traditio aliquid definitum habet, quilibet non Episcopus modo, sed laicus etiam Christianus iudicandi habet potestatem, ut de Christianis omnibus, ita etiam de ipsis Episcopis. Illud enim, Si peccauerit in te frater tuus, uade & argue eum inter te & ipsum solum, &c. usq[ue] ad illud (Quod l[ittera] Eccl[esiastis] nō audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus) omnibus Christianis, & de omnibus praeceptum est. Vnde & Canonistæ Pontificis Romanum, huic singulorum Christianorum, & Ecclesiæ iudicio subiectum fatentur.

Mutua inter
Episcopos iudicatio.

Ex hoc communi iudicandi iure erat, quod Ecclesia Carthaginensis, cum intellexisset contradictelectioni Cornelij Pontificis Romanii, non recipiebat pontificatum eius, donec synceritatem electio[nis] eius per literas & legatos comprexisserent, ut legitur in Epistolis x. & xi. lib. ii. D. Cypriani, quarum & supra memini.

Ex qua iudicij Ecclesiastici communione, obseruatum apud ueteres & illud est, ut Episcopi simul atque ordinati essent, fidem suam & promptitudinem ad obsequendum in his quæ Dominus præcepit, alijs Episcopis profiterentur. Quod Gregorij adhuc tempore

tempore inter primos Patriarchas obtinuit.
 Epistolæ uero eiusmodi Synodicæ vocabantur. Qualem D. Epistole Syno
 Gregorius misit Patriarchis Constantinopolitano, Alexandrino, dice.
 Antiocheno, & Hierosolymitano, Pontifex factus esset: Eam habes
 libro primo: simulatq; in registro huius, est numero uicesimaquarta.
 Ex hac igitur iudiciorum communicatione quæ inter Episcopos olim
 uigebat in ijs, quæ in diuina lege præcepta, & ex hac a Patribus
 in certam Ecclesiæ utilitatem constituta sunt, quicunque Episcopus
 alterum non facere suum officium animaduertit monebat cum ipse,
 tum per alios, & si is qui monebatur non obsequeretur, tum is,
 qui frustra monuerat, rem ad Synodos deferebat, quas etiam hu-
 iusmodi ob causas indicebant. Cuius rei multa habes exempla in his
 storij Ecclesiasticis, Eusebij & Tripartita.

Vt Gallicorum Episcoporum, qui habito inter se Concilio Pont.
 Rom. Eleutherum monuerunt de pace seruanda, lib. v. histo. Euseb., Ut olim, &
 cap. iij. Item singularum prope prouinciarum, exorta contentione quibus de caus
 detempore Paschæ. Eodem lib. cap. xxiiij. Idem factum esse legis ex: sis indictæ Sy
 orton errore Nouati lib. vi. cap. xxxiiij. & ult. Idem fecerunt & Episcopos nodi sunt.
 pi Antiochiae uicini, contra eius urbis Episcopum Paulum Samosa
 tenuum, lib. Euseb. vij. cap. xxiiij. & xxvi. Cuius Pauli dam-
 nationem, postea ad Dionisium Pont. Romanum, & Maximum A-
 lexandrinum, atque per hos ad cunctos per orbem Episcopos, Pref
 byteros, Diaconos & ad omnes per orbem Ecclesiæ perscripserunt,
 non ut illi de eorum iudicio pronunciarent, sed ut & cæteri Episcopi
 & omnes Ecclesiæ ipsorum sequentes iudicium, Paulum numeraz
 rent inter haereticos, & suffectum huic Dominum Episcopum legi
 timum Ecclesiæ Antiochenæ agnoscerent. Eandem rationem ob
 seruatam esse contra Arrium & sectatores eius legis, Historiæ Tris
 capitæ iij. cap. vij. Item lib. vij. cap. iij. & iiij. & atque xvi. & lib. ix.
 capite xiiij.

Has Latome Ecclesiæ Christi historias, ista Sanctorum Patrum
 acta euolute, & expende: tum cognosces quam impudenter Pighius
 illud blasphemum dogma suū, de summa & infallibili potestate Pon
 tificis in uniuersam et Ecclesiam, & religione in, iactet a se esse demon
 stratum.

Quando & stratum. Cognosces item, si quando Romani uel alij Episcopi
qua de cauſa appellati sunt a p̄is uerisq; Episcopis, uti factum legimus a D. Atha-
liquando ap- nasio & Chrysostomo, post condemnationem, quam illi uel ab Epis-
pellari Rom. scopis, uel a Conciliis iniuria passi uiderentur, id nulla alia ratione,
Pont. ab inu- aut iure alio factum esse, quam eo de quo modo diximus, quo cui
ria cōdēnat. iuslibet Episcopi est, imo etiam cuiuslibet Christiani, succurrere, ari
guere, iudicare, & si contemnitur ad Ecclesiam deferre, idonea ad
quamlibet causam concilia conuocare, uel ut conuocentur rogare,
cum manifesta sit Ecclesiae Christi, uel Ecclesiae membris, iniuria id
contingat, sive falsa & impia doctrina, sive alia iniuria.

Quomodo D. Hinc suit ut Chrysostomus, cum ei depulso & eicto e sede sua per
Chrysostomus iniuriam & violentiam Theophilii Alexandrini Episcopi, cuius furo
implorauit o- re, Imperatrix, ad eam rem abutebatur, nemo Orientalium Episco-
pum ab Inocē porum adesse, & Synodum cogere auderet, hanc tantam iniuriam
tio Rom. Pon. deferret per legatos, et literas ad Innocentium Pont. Rom. Non autem
ut is aliquo priuilegio Petri ipsum vindicaret, sed ut tanquam Epis-
copus, & inter Episcopos dignitate, non potestate, primus, ab Impe-
ratore Synodum cogi, & in ea causam suam iudicari imperaret, ad
quam & ante prouocarat, non ad sedem Rom. Innocentij quoque &
cuiuslibet Episcopi Catholici officium erat Theophilo & sociis eius
Episcopis, proptera quod Chrysostomum iniuria condemnationauerat,
communionem Christi, donec resipuerint, & de scelere suo Eccles-
iae satisfecissent denegare. Sed intercessit Ioannes literis, rogauitq; ne
id fieret, metu scilicet grauioris schismatis. Vide super eo, duas Epis-
tolas Diui Chrysostomi ad Innocentium. Et in Tripart. historia
lib. decimo, cap. xviiij.

Hoc Ius Episcoporum inter se, quod uidelicet continetur in
communi iure communionis, quæ inter cunctos Christianos uiget
re debet, describit admodum pulchre D. Cyprianus ad Stephanum
Pont. Romanum, qui secundus a Cornelio sedem Romanā tenuit.
Erat Martianus quidam Episcopus Arelate, qui se Nouatiano con-
iunxerat, negans ueniam lapsis, Et quanquam communi sententia
coepiscoporum Galliæ cōdemnatus erat, tenebat nihilominus eam
sedem, & cæteris Episcopis insultabat. De hoc Faustinus Episcopus
Lugdus

Lugdunensis, & ceteri coepiscopi conquesti erant apud Diuum Cy^o
prianum semel atque iterum, sicut & apud Rom. Pontificem. Cum
que Stephanus Pontifex Romanus ceſſareret, admonuit eum officij E^o
piscopalij D. Cyprianus. Hoc autem remedij petit, quod Stephanus
nus huic malo adhibeat, nimirum, ut, quia uicinior esset & dignitate
anteceſſeret, literas daret ad coepiscopos in Gallijs, & ad plebem
Arelatensem, quo abſento Maſtiano, alius in locum eius Episcopus
inſtitueretur &c.

Cyprianus.

Qua propter, inquit, facere te oportet, plenissimas literas ad co^s
episcopos nostros in Gallijs constitutos, ne ultra Martianum perui^o
cacem & superbū, & diuinæ pietatis ac fraternæ salutis inimicum,^o
collegio nostro insultare patiantur. Et aliquanto post. Dirigantur in^o
ſtento Martiano alius in locum eius ſubſtituatur &c. Huius uero ſue^o
admonitionis & ſententiæ uide quam Sanctiss. Martyr rationem^o
cauſamq^o ſubijciat. Idecirco enim, inquit, Frater chariſſime copioſum^o
corpus eſt ſacerdotum concordiae mutuæ glutine atque unitatis uin^o
cilo copulatum, ut ſi quis ex collegio nostro hæresim facere, & gress^o
gem Christi lacerare & uastare tentauerit, ſubueniant ceteri, & quaſi^o
pastores utiles & miſericordes oues dominicas in gregem colligat.^o
Et poft: Nam & ſi pastores multitudiſmus, unum tamen gregem paſci^o
mus, & oues uniuersas quas Christus ſanguine ſuo & paſſione quæſi^o
uir, colligere & ſouere debemus, nec pati ſupplices & dolentes fratres^o
noſtrōs crudeliter deſpici, & ſuperba quorundā præſumptione cal^o
cari &c. Contempſerat enim hic Martianus iudicium Episcoporum^o
Gallicorum.

Et ex hoc igitur loco obſerua Latome, uocem Ecclesiæ Catholice. ^{Conclusio ex}
Idecirco ait copioſum corpus eſſe Sacerdotum, ut ſi quis ex eorum Cypriano de^o
collegio conetur uiolare gregem, ceteri ſuccurrat. Ceteri ait, non pari potestate^o
stu, ſucceſſor Petri, uicarius potestatis Christi, Episcopus Ecclesiæ Ca^o Episcoporum^o
atholicæ. Item (Nam multi pastores, unum gregem paſcimus) non
ait, tu gregem paſcere debes uniuersum. Et ante haec premiterat. Cui
rei noſtrum eſt consulere & ſubuenire frater chariſſime, non ſcripſit,
ut priuilegium habens Petri, & qui regere debes Ecclesiā totam.

Haec

Hæc igitur Episcopalis munera & potestatis paritas, ut in ipsa Apostolis coepit, sic etiam est conservata in Ecclesia, quamdiu synodæ ceriores in ea Episcopi ministraverunt. Nam Augustini adhuc tempore, sicut acta Conciliorum Aphricanorum, de quibus supra meo minitestantur, & quibus D. Augustinus non minus auctoritate, corpore interfuit, decretum fuit, ut a communione Ecclesiae excluderetur, qui Româ appellasset, id quod Apianus quidam ex Aphrica fecerat. Vnde non nihil contentionis inter Pontificem Bonifacium, Zosimum, & Celestimum, cum Patribus Aphricanis extitit. Cum uero a Constantinopolite usque, & Alexandria, essent allata syncera exemplaria actionum Concilij Niceni, procurantibus hoc Aphricanis, cōposita fuit amice controversia cum bona gratia, & commune Ecclesiarum ius Aphris relictum. Quam rem & supra attigi.

Sed conatur Pighius auctoritatem horum Aphricanorum Conciliorum conuellere, allegata Epistola quadam conficta Bonifacii secundi, in qua is commemorat, Eulalium Carthaginem sem Episcopum suo tempore damnasse hanc, quam exposuimus, iuris ecclesiastici vindicationem factam a suis prædecessoribus, & se totum sedi Bonifacij. 2. à Romanæ subiecisse. Verum quoniam aperte mendacijs hæc Epistola redargui potest non uno in loco, nullâ fidem meretur. Iactat enim confictus ille Bonifacius auctoritatem in uniuersalem Ecclesiastici, quam superbiam D. Gregorius primus, qui nonus post Bonifacium Romanæ Ecclesie præfuit, affirmauit esse præcursorum Antichristi, & adeo fuisse a fide Romana alienam, ut eius Episcopi, oblatum in Chalcedonensi Synodo titulum uniuersalis Episcopi, suscipere noluerint. Deinde audet Bonifacius iste, pium factum Aurelij & aliorum Episcoporum Aphricæ, inter quos & D. Augustinus fuit, in adserendo iure Ecclesiarum, tribuere suggestioni diabolicæ. Postremo mentitur, eosdē Patres, propter hoc studiū retinendi ius communis Ecclesiarum, fuisse a communione Romanæ Ecclesie segregatos, quod fallum esse constat. Hæc ergo & alia pleraq; aperta mendacia, quæ huic Epistolæ, quam Pighius adducit, Bonifacio secundo falso adscripta insunt, clare euincunt eam esse confictam et ementitam.

Sicut & illæ omnes sunt, quas Pighius sub nominibus, Anacleto,

Euanclio,

Pag. 119.

Euaristi, Alexandri, & aliquot sequentium sanctissimorum Pontificis Pighius stru-
cum & Martyrum adducit, quibus solis fragmentis portentosū illud Roma. Pont.
dogma suum, De summa Romani Pontificis Potestate in uniuersam Tyrannidem
& religionē, & Ecclesiam asseuerat, nimium prosector securus de iu super Epistol.
dicio piorum hominum DEMONSTRATOR iste glos Pontificibus
riosus. Nam Epistolarum istarum confictio & uanitas, nulli non sta falso adscri-
tim in oculos incurrit, qui eas legat nonnihil attente, adeo uana, p̄tas.
adeo male cohærentia, & ab illis temporibus, in quibus finguntur
esse scriptæ prorsus aliena, passim in eis congesta reperias. Cuius ges In Epistola Ac-
neris est illud, quod mentiuntur decretum fuisse ab Apostolis, ne la nacleti & Eu-
ici admittantur ad accusationem clericorum, uel ut dicant cōtra eos sebij.
testimonis. Item quod Imperatorum, qui tum Episcopos quotidie In Epistola
excarnificabant, leges commemorant latas pro dignitate & immu- Zephyreni.
nitate Episcoporum, quod Imperatores iubēt Tyrannos instaurare In Epistola
Ecclesiæ, & nouas ædificare: Item quod de ceremonijs ambitiosis, & Marcelli Pa-
opibus Ecclesiariū statuum. Talibus enim argumentis Epistole ille re p̄te.
ferte sunt. Hęc & similia, nonne satis uanitatem horum fragmentorū p̄te.
produnt? Sed regnum Antichristi, sicut portentis & mendacibus si-
gnis, ita etiam confictis & ementitiis scriptis inuchi primum, ac deins
ceps roborari oportuit. Huic enim ueluti fundamento, tota Pontis
ficia Tyrannis superstructa est. Quamobrem & hanc Epistolarum
istarum plusquam prodigiosam mendacitatem, confutabo aliquā,
do plurimiſ & euidentiſſimiſ arguimētiſ, uolente Domino.

Iam ſatiſ hoc ſit impudentiam horum fragmentorum, in eo redar
guille, quod ijs, quæ de priuilegio hoc sancti Petri mentiuntur, cauſ
ſas ſcilicet omnes grauiores ad Rom. Sedem undicē referri oportere,
& nullas ſine eius authoritate Synodos haberi posse, manifeſte con-
tradicunt omnia Patrum authentica ſcripta, ſimul & actiones tam
iporum Patrum, quam Synodorum. Clara enim ſunt, & prorsus
indubitate ſidei apud omnes Ecclesias Dei testimonia, quæ adduxi
ex D. Cypriano, Hieronymo, & Augustino, ex actis Conciliorum
Aphricanorū, Item ex historijs Ecclesiasticis Eusebii, & Tripartitæ.

Idem clariffime teſtantur acta primorum conciliorum.
Ex his omnibus, imo ſolis Epistolis D. Leonis & Gregorij Ro-
Z Pontificis

Pontificum clare uidere poteris, te in Pighio, qd ad hanc quæstionem attinet, cœcum ducem esse noctum, imo uero nō modo cœcum, sed talem, qui a clarissima ueritatis luce in densissimas tenebras portentosorum, & impudetissimorum mendaciorum oculos auertat: cum ausus sit scribere, Sanctos Patres gubernacula religionis in universam & gentem, & religionem Christi, item arcem religionis, spem salutis Romano Pontifici commisso.

Cur Patres

*Rom. Eccle.
taniscerint.
Cypri. Epist.
; lib.1.*

*Irenaeus lib. 3.
cap.3.*

Primam quidem hanc & principalem Ecclesiam, matricem Ecclesiæ, unde unitas sacerdotalis exorta est. S. Patres, honoris causa saudocarunt, & quamdiu eam fidem illabefactam tenuit, quam Paulus testatur celebratam fuisse iam suo tempore in toto orbe, Christianos omnes consociari cum hac Ecclesia oportuit. Propter hanc enim potentiores fidei principalitatem (ut Irenæi uerbis utar) & conseruatam Traditionem Apostolicam, necesse fuit omnem conuenientem Ecclesiam, non autem principatum ullum super alias Ecclesias. Ita qui supremam potestatem & iudicium, uel in cæteros Episcopos, uel in religionem, & in Ecclesiam omnem Romano Pontifici tribuerint, inter Sanctos Patres nulli prosuls exiterunt: sed contraria fide & doctrina Ecclesiæ iam inde fuisse ab Apostolis, idque iuris ab ipsis Apostolis traditum esse Ecclesiæ, aperte omnes attestati sunt. Vnde etiam in Concilio Africano constitutum est, ut primæ sedes Episcopus non appelletur princeps Sacerdotum, aut summus sacerdos, aut simili aliquo titulo, sed tantum primæ sedis Episcopus. Quare sequebantur illis, uerum asperius etiam obsurgabant eos, & recte impere iubebant, id quod hic ipse Irenæus, alijq Episcopi fecerunt, quo tempore Victor Pont. Romanus, in contentione super tempore Pad schæ, uolebat Episcopis Afriæ & alijs, qui ab ipso dissidentebant, negare communionem Christi. Vide cap. xxiiij, lib. v. Historiæ Eusebii.

*In lib. contra
Præcœnatio.*

Sic etiam notat Tertullianus Pontificem sui temporis, quod in Montani hæresim inclinarit. Sic & D. Hieronymus cum in Epistola ad Damasum tantopere prædicat Romanam Ecclesiam, expousit caussam huius commendationis, uidelicet, quod ab Arriana labe pura esset, qua totus prope Oriens infectus tum erat & dissipatus. Alioquin

Alioqui cum in Romana Ecclesia decretum quoddam de Diaconis non obseruaretur, quod passim per omnes alias Ecclesias obseruatur, scripsit non alteram esse Romanæ urbis Ecclesiam, alteram totius orbis existimandam. Et si authoritas queritur, orbem maiorem esse urbe. Ex his omnibus illud iam clarissime paret, Authoritatem omnium S. Patrum, & veteris ac synceroris Christi Ecclesie, quæ Apostolicam traditionem retinebat illabefactatam, contrate plane testas, necnulla ex parte pro te facere.

De autoritate sacerdotum, & hominum, ex dictis facile patet non esse quicquam quod tuam opinionem adiuuet. Catholicum enim est, nec orbis auctoritate diximus, non quod aliquot tantum sacerdulis obtinuit, sed quod semper iam inde ab initio Ecclesiae creditum est a sanctis: non quod alibi & ab aliquibus, sed quod ubique & ab omnibus hominibus receptum fuit. Sed ista horrenda blasphemia in Christum, & Ecclesiam, uidelicet, Oportere penes Ro. Pontificem esse summam, & infallibilem potestatem & facultatem iudicandi de religione, non solum non sicut ulla tempore in Ecclesia recepta, sed semper & ubique fuit ab omnibus fidelibus reiecta & explosa: nec etiam nunc hodierno die est ab omnibus scholis admissa. Nam & Parisiorum Lutetia decretum hoc & dogma non approbat, imo damnat, & iure inter damnata numerat. Non habes igitur omnium hominum, nec omnium sacerdotum, quibus Euangeliō Christi prædicatum est authoritatem protegerem. Cumq; in hoc tuo argumento sumpisti, quod manus tui falsum est, nihil sane contra nos uere potes concludere.

Ad alterum ergo argumentum iam nos conuertamus, quod Pighius iactat demonstrationē esse euidentissimā. Id autem eiulmo^{gumentū secundū} di est. Impossibile est, Christum Ecclesie suæ minus prouidisse de certitudine & firmitate religionis, quam Synagogæ: Dominus autem Synagogæ constituit iudicium de religione irrefragabile & infallibile, sancitum scilicet capitali poena. Ergo multo magis Ecclesie de tali iudicio prospexit credendum est: idq; Romæ constitutum esse, propter prærogatiuam collatam S. Petro. Haec uestra ^z tñdñcio.

Propositionem huius uestri paralogismi, nō Syllogismi ueram agnoscimus, & addimus, Christum Ecclesie suæ de certa stabilique

Z ñ religio

religionis & constitutione, & conseruatione, prouidisse multo beni-
gnius, quam Synagoge. Multi enim Reges et Prophetæ cupierunt uen-
dere & audire quæ uideret & audit Ecclesia, nec id tamen alesciunt simili.
Et ipsæ celestes potestates multis fariam Dei sapientiam discunt per
Ecclesiam. ad Ephesios. iii.

Assumptionem autem uestram totam non recipimus. Verbo
enim Dei in ea uos additis de uestro. Scriptura summū quidem iude-
cium populo constitutum memorat, & capitali poena sanctum, sed
fuisse illud iudicium infallibile & prius irrefragabile, id si uerum est, ius-
re condemnati sunt religionis, & ob id cæsi, lapidati, crucifixi, Christi
stus, Prophetæ, Apostoli. Omnes enim hilege ista, & huic authorita-
te iudicij, tanquam uiolatores religionis, & rebelles sententie summū
sacerdotij, accusati, damnati, & puniti sunt. Negamus igitur, & per-
negamus, ullum unquam iudicium in Synagoga uel Ecclesia con-
stitutum fuisse quod quidem administrandū esset per homines, quod
esset infallibile & irrefragabile. Homines enim quādiu uiuant in hoc
mortali corpore, labi, falliri & fallere possunt, quocunq; loco Ecclesiæ
constituti, & cuicunque functioni praefecti sint.

At enim, qualecunque de religione iudicium sacerdotibus iherosolimis
commissum tum fuit, certe ad conseruandos in uera religione
homines gentis illius, non parum cotulit. Quo circa ex hoc Dei
in Israelitas beneficio, illa recte consequitur conclusio. Nec Ecclesia
siam potuisse tali iudicio desitui a Christo Seruatore & Domino.

Cum autem præterea ita colligis, iudicium de religione ueteri iherosolimis
constitutum fuisse unum, & in eo loco in quo erat religionis præ-
cipua administratio, ubi erat sumimus & Sacerdos, & iudex populi.
Talem uero locum nobis esse Romanum. Ergo & penes huius ueritatem
Episcopum, oportere summam consistere iudicij huius potestatem.
Nos etiam in hoc argumento libenter recipimus propositionem, ut
quæ sit in diuinis literis clare tradita. Porro sola Romanam esse eum,
locum, in quo oporteat tribunal huius supremi iudicij consistere, ex-
erceri, id uero est Latome sumere, qd erat v. bpxii, quod inter nos tam
troueritur, de hoc uos nullam scripturam, nullā Patrum autoritatem,
quid nec ullā probabilem rationem adserre unquam poteritis.

Quod iudicium
religionis Ro-
manæ est, id in o-
mnibus Ecclesia
esse debet.

Iudicium sanctale, quale Dominus populo suo ueteri dedit, affir-
mamus a Christo Domino constitutum in Ecclesia esse, & gehennæ
quoque suppicio sanctum. At non Romæ tantum, aut uno aliquo
in loco, sed in omnibus illis locis, in quibus recte pleneq; administra-
tur Euangelion Christi, in quo munda illa Christi offertur oblatio, in
quo Pater adoratur in spiritu & ueritate, in quo pri homines in nomi-
ne Christi conuentunt, ipseque Christus medius inter suos præsideret,
agitq; Et hanc quidem sententiam ueræ & catholicæ Ecclesiæ Chri-
sti, & plurima nobis confirmant scripturarum oracula, & innumeræ
S. Patrum comprobant attestaciones, susfragaturq; ei omnium mor-
talium recta ratio.

Benignius enim ut dixi, prouidit Christus Ecclesiæ suæ, q; Synas Quatenus sit
goge, cum enim haec in toto regno suo, nec angusto, unum duntaxat Eccl. benigni-
habuerit tabernaculum, unam perfectam religionis administratio- us quam Syna
nem, unum Sacerdotem, unum Iudicem: Christus populo suo no- goge propon-
uo, & Ecclesiæ suæ prouidit, ut haberet passim uerum cultus Diuiz clum.
ni tabernaculum, summam & perfectam religionis administratio-
nem, omnia Sacra menta, sacerdotium, iudicium summū, cui si quis
non pareat, plusquam capitale supplicium luat. Infallibile autem &
irrefragabile iudicium sibi soli, ut nunc, sic & olim reseruauit. Iud. irrefrag.
Christi solu.

Vides igitur Latome quemadmodum in priore tua collectione
manifeste falsum assumperis, quod et ex scripturis, et ex Sanctorum
Patrum sententijs, & ex ipsa experientia falsum esse constat. Ita & in
tum rursus te assumpsisse, quod æque falsum est, & cum scripturæ
fidei & doctrinæ S. Patrum, tum rectæ rationi aduersarium.

Sed magis plantum faciam utrumque tuum assumptum, & illud,
de infallibili iudicio religionis apud ueterem populum constituto,
& illud, quod tribunal summi iudicij de religione Christiana, Romæ
collocatum sit, pugnare cum Scripturis, cum autoritate Patrum,
& recta ratione. Primum, inspiciamus locū illum Scripturæ, de sum-
mo iudicio, quod Dominus in Israele constituit, quo loco uostantur
pere confiditis.

Si res aliqua inquit difficilis iudicatu apud te extiterit, inter san- Deinde
guinem & sanguinem, inter cauissimam & cauissimam, inter plagam & plaz
Z ij gam.

gam, uenerintque uerba in portis tuis in discordiam, surges & ascendes ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus. Veniesque ad iascerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit in diebus illis, & in quibus illiq[ue] iudicabunt tibi uerbum iudicij. Et tu agere debes iuxta uerbum illud, quod annunciauerint tibi de loco illo, quem elegit Dominus, studebisque facere iuxta omnia, quae te docuerint, iuxta uerbum legis quam te docuerint, & iuxta uerbum quod dixerint tibi ages, nec declinabis a uerbo quod annunciauerint tibi, ad deuotam uel ad sinistram. Vir autem ille qui egerit procaciter, noluerit audire sacerdotem, qui stat corā Domino Deo tuo, ut ibi ministret, aut iudicem, morietur uir ille, & eliminabis malum de lisrael.

In his uerbis id primum considera Latome, non esse hac lege, iudicium hic constitutum de religione. Si caussa, inquit, difficilis iudicatu extiterit inter cædem & cædem, inter caussam & caussam, inter plagam & plagam. Nulla enim Respub. consistere potest, nisi habeat aliquod supremum tribunal, a quo prouocare non liceat; sed in his caussis in quibus iniquæ parere sententiae, pietatis sit non impietatis. Non enim Christianis tantum, sed & Socrati illud cognitum fuit: boni ciuii esse uel mortis iudicium a Repub. sua inique pronunciatum, non solum alterius danani, libenter subire. Inde Spiritus S. per Diuum Paulum:

1. Corinb. 5. Cur non potius iniuriam accipitis? cur non potius iacturam facitis? Quibus in rebus sententiae huius uite nobis caussa existat, iudicandi potestas aliqua suprema in populo Christi esse deber, cui Christiani, ut cuncti tandem iudicatum fuerit, libenter sese submittant crita ullam prouocationem.

Sed cum iudicandū est de religione, de cultu & obedientia Dei, hic necesse est Deo credere, & eius tantum iudicio stare, nec quisquam in excusationem adducere potest, aut prætendere, si a præceptis & iudicij Dei discedat, quantumuis magnam præstantissimorum iudicium autoritatem. Id uel solo exemplo Prophetarum, Christi, & Apostolorum, manifestum est, qui mori maluerunt, quam ordinatio iudici concedere aliquid de religione: iudici, inquam, & summum sacerdoti, in loco sancto præsidenti. Maluerunt contempnere Reges, Sacerdotes, & Seniores populi, quam Deum offendere. Dicebant

Petrus

Petrus, & Joannes toti Sacerdotum, Scribarum & Seniorum con^{tra} Aet. 3, cap. 4.
 Petrus, & Joannes toti Sacerdotum, Scribarum & Seniorum con^{tra} Aet. 3, cap. 4.
 cilio. An iustum sit coram Deo, uos audire magis quam Deum, ipsi
 iudicare. Nos enim non possumus non loqui, quæ uidimus & audis-
 sumus, & paulo post. Oportet Deo magis obedire, & hominibus. Ita
 paruerunt summō iudicio in Israele Apostoli. Ita paruerunt ei & Ies-
 uem & Amos, & Prophetæ plerique omnes. Idem quoque faciens
 dum est omnibus Christianis. Quapropter illud, in memorie
 talege, Studebisque facere secundum omnia quæ te docuerint, non
 potest illa ratione referri ad caussas aut iudicium Religionis. Nec est
 verbum dehinc iudicio in hac lege positum. De religiosis enim iudiz-
 iο p̄ræceptū est ante istam legem, his verbis.

Cum depræhensus fuerit intra aliquam ciuitatum tuarū, quas ,
 Dominus Deus tuus dabit tibi, vir aut mulier, qui in eo irritare Do- ,
 minū Deum tuum ausit, ut uiulet se deus eius, ita ut abeat & colat, at ,
 que adoret Deos alienos, Solem aut Lunam, aut ullum ex astris, de ,
 quibus Dominus nihil tibi p̄cepit. Hoc cum nunciatum tibi fuerit ,
 factaque est ea abominatione in Israe, educes virum eum, aut mulierem ,
 eam, qui fecerunt rem tam malam, ad portas ciuitatium, siue uiz- ,
 rum inquam, siue mulierē, & obrues eos lapidibus ut moriatur &c. ,
 Idem iudicium commissum legis cuique etiam priuato Israelitæ , Deut. 17.
 eodem libro, cap. xiij. Si tentauerit te frater tuus, filius matris tuæ, aut ,
 filius tuus, aut filia tua, aut uxor quæ est in sinu tuo, aut proximus tu- ,
 us, quem habes quasi animam tuam, in secreto dicens: Eamus & ser- ,
 dij populorum, qui per circuitū uestrum sunt, siue vicini tibi fuerint, ,
 Non acquiesces ei, neque audies eum; non parcer ei oculus tuus, ne- ,
 que propitius eris: sed nec occultabis eum. Quin occidendo occides ,
 eum, & manu tua primum sit in eo, ut illum interficias, manusq̄ tuo / ,
 tius populi postea. Huic subiectum est, quomodo & in ciuitates as- ,
 aimaduertere debeat priscus ille populus Dei, si quæ alienum cul- ,
 lus Dei admisissent.

Hic capitibus, de iudicio religionis constitutum est, quod popu- ,
 lus &

lus & publice & priuatim exercere debuit in uiolatores religionis.
 Nullum uero uerbum hic positum est de iudicandis controueris-
 religionis, de iudicando intellectu legis. Clare enim & diserte lex do-
 cebat quid factio opus esset in omni religione. Indubitata extabant
 Catholicum in omnibus precepta Dei. Defacto igitur solum, non de iure iudicium
 religione. populo suo in discepratione religionis commisit. Regula certa erat
 religionis: facienda esse, quæ Dominus in lege sua clare & perspicue
 præcepérat: non autem facienda esse ea, de quibus nihil præcepérat.

*Vis Latome uideri ualde absurdum, dicere, Christum nullos tuos
 iuisse in terris iudices, nullos interpres earum rerum, quas in con-
 tentionem uenturas esse uidebat. Hic uero tu prius confydera, quas
 res Christus uiderit, & apud quos in controuersiam uenturas. Apud
 eos certe, qui ad ipsum trahente Patre semel uenerunt: & docente Pat-
 tre, ipsum esse mundi seruatorem didicerunt. non uidebat Dominus
 quicquam in contentionem uenturum, quod nō per commune Ecclesie
 cuiusque ministerium, tum etiam per quorumlibet fratrum,
 quos ipse cuique cōiunxerit, admonitionem, facile explicari posset.
 Ad hos enim illa pertinent Divi Ioannis. Et uos unctionem habetis
 a sancto, & nostis omnia. Item, Non habetis opus ut quis do-
 ceat uos, sed sicut unctionem habetis, hæc docet uos de omnibus, &
 uera est. Ergo si quando aliqui horum, qui uere Christi sunt, ex iniuri-
 mitate aliqua hallucinentur, in rebus ad religionem per se pertinen-
 tibus, id quod Petro & Barnabæ accidit, moniti per Ecclesiam & Ec-
 clesiastarum ministros, mox eadem iuuante unctione, se ad præcepta
 Dei pura recipiunt. Ita & in non necessarijs cognitu, ex eadem unctione
 docti iustum animi in omnibus præstare moderationem, & cum
 etia ad Ecclesiae referre instaurationem, etiam nullo se negotio doceri
 sustinent, quæ in omnibus sunt ad pietatis incrementum utiliora.
 His itaque nullis opus est in terris iudicibus, aut interpretibus, caro
 rerum, quas Dominus uidebat apud ipsos quidem in contentionem
 uenturas, præter communes Ecclesiastarum ministros, & fratres quo-
 cunque Dominus cuique iunixerit. At qui hæretico occupari spiritu, lega-
 Domini depravant, his nulli in terris iudices homines, aut scriptura-
 rum interpres, sed solus Christus consulere potest, qui liberatos sa-
 spiritu*

Iohann. 5.

*Quid, apud
quos in contro-
uersiam ueni-
re posuit in re-
ligione.*

S. Iohann. 2.

spiritu ueritati aduersario, spiritu ueritatis docili donet. Quod nisi sat
ciat, frustra illis ut scripturam ipsam Dei, ita cunctam, ac summam &
iudicationem, & interpretationem obijcias. Post unam itaque & alte
ram admonitionem hi mittendi sunt, ut per se ipsos damnati, uti
Paulus ait. Sed de his in solutione quarti argumenti tum plura.

In his autem de iudicio religionis preceptis, & illud obseruant Ad singulos
dum est: quod non solum uniuerso populo, sed singulis etiam iudicis etiam pertinet
clum hoc Deus commendauit. Ira ut & in Nouo testamento, Domini iudicium dera
nis constituit. Cuilibet enim Christiano preceptum est, si quod alii ligione & do
ud Euangelion, quam quod Apostoli tradiderunt, ei adferatur, ut in Arima.
aliud adferatur, discernere illud ab eo quod tenent, et rei scire possint.
Gal. 1.

Quemadmodum de gentibus Barbarorum scribit Irenaeus, eorum
qui in Christum credunt, quod hi sine charaktere uel atramento scri
ptam habentes per spiritum in cordibus suis salutem, & ueterem tra
ditionem diligenter custodientes, per fidem sapientissimi sint, et place
ant Deo, conuersantes in omni iustitia, & castitate, & sapientia. Et si
quis eis annunciarerit ea que ab hereticis inuenta sunt, statim conclu
dant aures, & longissime fugiant, ne audire quidem sustinentes blas
phemum colloquium. Sic per illam, inquit, ueterem Apostolorum
traditionem, Symbolo scilicet Apostolorum copræhensam (id enim
hic ille subiicit) ne in conceptionem quidem mentis illi admittunt,
quodecumque hereticorum portentiloquium &c.

Ab hac igitur doctrina communi Euangelij Christi, per Spiritum
sanctum ex auditu Euangelij in cordibus hominum inscripta, ius
dicium omne de doctrina, quæcumque præterea affertur, petendum
est, & constituendum, an ea cum recepto Euangelio consentanea sit,
an secus.

Ita & de prophetijs, & Scripturarum interpretationibus præces
ptum omnibus est, qui in Ecclesia conueniunt, & eas audiunt, ut eas
quoque singuli dijudicent. Ceteri, inquit Spiritus sanctus, dijudicent.
Nullum ergo commune aliquod iudicium in Ecclesia sua constitut
um esse uoluit, a quo quid credendum, & sequendum in cultu Dei sit.

A 2 requirat

Irenaeus lib. 3.
cap. 4.

1. Cor. 14.

v. Corinth. 3.

requiratur, præter illud, quod & in qualibet Ecclesia existit, & in cuiusque cordé gratia & numine Spiritus sancti perficitur. Quisque enim sua ipsius fide ut uiuat, & ex illa omnem aliam doctrinam ut dijudicet, oportet docente & regente animum in eo spirito Christi. Spiritualis enim dijudicat omnia. Sed enim ut iudicium hoc recte sit, plurimum consert doctrina, et exhortatio, & commune iudicium Ecclesiæ, in qua quisque conuersatur. Quāquam, ut supra demonstratum est, ut quis de his rebus recte iudicet, et certo quod oportet statuit, id donum & opus est Spiritus sancti.

Ex his clarum est, & perspicuum omnibus Christiana mente proditis, humanum esse, & prorsus alienum a diuina traditione cōmentum, fuisse, uidelicet unquam, aut nunc etiam esse in populo Dei, uno aliquo in loco tribunal aliquod proprium datum, & constitutum inter homines, ex quo infallibiliter iudicetur de doctrina religionis, & quid in ea recipiendum sit, aut respuendum. Nam quod tale alio quod tribunal, aut iudicium penes mundum, & homines constituti non possit, constat ex ijs Scripturarum testimonij, quæ docent & ostendunt, omnes homines, quandiu hic degunt, esse peccatis & erroribus obnoxios: quorum quidem testimoniorum nonnulla citauit, et adduxi supra, initio tractatus De authoritate Ecclesiæ, una cum sententijs aliquot Patrū.

Pagina 36. &

Hinc ergo satis iam liquet, omnino fallsum esse Assumptum uestrum prius, Oportere in populo Dei esse unum aliquod alicubi summum, & idem certum iudicium de religione, admittendrum per homines. Quod autem & alterum Assumptum, vel delicet, locum summi iudicij de religione, Romam esse, & cum scriptura, et cum Sanctis Patribus, & cum ratione pugnet, etiam ex ianuariis abunde patet. Scriptura enim clare testatur, omni Ecclesiæ Christi, ubique illa sit, datam esse omnem potestatem doctrinæ, Sacramentorum, et disciplinæ, quam Dominus suis reliquit. Loca scripturarum inter cetera hoc clarissime testantia sunt Matth. xviiij. & ulti. Ioan. xx. Acto. xx. i. Corinth. iiiij. v. xij. xiiij. i. Timoth. iiiij. & ad Tit. i. Iam & Patrum sententiæ adductæ sunt, quæ manifeste confirmant & testantur, eundem, & paris potestatis Episcopatum esse in omnibus Ecclesiis, & Eugubinum, ac cuiuslibet Ecclesiæ Episcopum, cum eiusdem esse sacerdotem.

Quod

Quod enim Pighius Traditionem hic iactat, ex qua receptum
In Ecclesia sit, Christum ipsum sedem Petri Romæ collocasse, eique
summum, & infallibile de religione iudicium credidisse; id facit maxi-
me pudenda impudentia, cum ex authenticis omnibus Patribus co-
ster, hoc segmentum, non solum non ut Ecclesiæ Traditionem, uerū
etiam ut commentum habitum esse Antichristi, idque etiam ipsi Diuo
Gregorio Rom. sedis Præsuli. Nam ex omni recepta antiquitate, ne
apiculum quidem adducit, uel adducere potest, ex quo plus efficias-
tur, quā S. Patres hanc sedem primam, & principalem habuisse, es-
tusque Episcopo primū locū inter coepos detulisse, ut demonstratum
Supra est. Quid enim de confictis & ementitis Epistolis, confectorum
Anacleti, Euaristi, & huius census reliquorum nominum sentien-
dum sit, quibus solum Pighius nititur, antea dictum est.

Quod autem & recte rationi repugnet, uni loco, & Rom. sedi tri-
buere, & assignare summum de religione iudicium; uel ex his duo/
bus argumentis liquet. Primum siquidem sana, & recta ratio agno/
scit, uolenti Rempub. probe instituere, hoc competere, ut ei Reipub.
sta prouideat de rebus omnibus ad bene beateq; uiuendum necessas-
rīs, ut eas cum opus est habeat in promptu. Fides agnoscit Christum
uoluiss, & potuisse Ecclesiis suis ita prospicere, ut eorum, quæ ad ue-
ram religionem requiruntur, omnino nihil eis deesset. Huic uero uos-
luntati, quæ ratio non iudicat, minime conuenire, ut iudicium de res-
ligione summum, ad unum aliquem locum peculiariter astringat, a
quo illud ab omnibus Ecclesiis totius orbis petendū sit, ex locis tam
remotis, ex quibus ad illam tuā arcem religionis, nec omnibus, nec
paucis quidem facile perueniri possit. Quantum enim uel ex confir-
mationibus Episcoporum, & prælatorum, Roma petendis, ex uici-
nis illi regionibus, Gallia, Germania, Hispania, Britannia, &c. nunc
incommodetur, in manifesto est. Deinde absurdissimum esse, omnis
recta ratio iudicat, illos existimare de doctrina recte, pureque uiuens
di, solos rectissime iudicare, quibus nemo uiuit depravatus, &
impurus.

Verum his rationibus omissis, uerbum Dei, Latome, intuere.
Dominus Israeli constituit unum locum, quandoquidem ad unum
Aa ij poterant

poterant omnes commode conuenire, in quo esset, ut religionis perfecta administratio, sic etiam summum de religione iudicium, non tamen irrefragabile. Ex eo loco promiserat Deus, se populo suo doctrina & omnibus rebus salutaribus cognitu, responsurum, & prius eius auditurum. Sed cum Sacerdotes, ac populus, abiecto pietatis studio, considerare ipso loco, & externis ceremonijs inciperent, quid Dominus tum populo suo denunciauerit, lege præter ceteris, ex iure. Ieremiam cap. vii. Quæ uerba cum in hac disputatione maxime perfunda sint, libet subscribere.

Exodi. 15.

z. Reg. 8.

Nulli loco ad-

dici posse iudi-

cium religio-

nis, ex iure.

Capite 7.

Verbum hoc factum est ad Ieremiam a Domino dicens. Sca-
 porta domus Domini, & clama ibi uerbum istud dicens: Audite uer-
 bum Domini omnes, qui de Iehuda uenitis ad portas istas, ut adores
 eum Dominum. Sic dicit Dominus exercituum, Deus Israël. Boni
 facite uias uestræ, & studia uestra, & faciam uos habitare in loco isto.
 Nec fiduciam ponatis uobis in uerbis mendacibus, dicentes, Tem-
 plum Domini, templum Domini, templum Domini sunt. Quin ma-
 gis beneficiando benefacie uias uestræ, & studia uestra, atque exequi-
 do exequimini iudicium inter uirum, & proximum suum. Peregrini
 no, pupillo & uiduae ne calumniam feceritis, neque effuderitis farrag-
 guinem innocentem in loco isto, & post deos alienos ne ambulaue-
 ritis in malū uestrū, & ego faciam uos habitare in loco isto, in terra
 quā dedi Patribus uestris, a seculo usq[ue] in seculū. Ecce uos fiduciā hab-
 beris apud uosmetipſos in uerbis mēdaciſbus, q[uod] nihil cōſerent. Num
 quid hēc apud uos uigent: furari, occidere, adulterari, iurare falliri,
 facere sufficiū Baal, & sectari deos alienos, quos ignoratis? Et tu ueni-
 sis & statim corā me in domo ista, super quā inuocatū est nomen meū,
 quid spelunca latronum, facta est domus ista, super quam inuocatū
 est nomen meum, in oculis uestris? En ego quoq[ue] hēc uideo, dicit Do-
 minus. Itē queso ad locum meū, qui est in Silo, ubi posueram nomē
 meum in principio, & uidete quid fecerim ei, propter malitiām po-
 puli mei Israël. Nunc itaq[ue] uos faciatis omnia facinora ista, dicit Do-
 minus, postquam loquutus sum ad uos mane consurgens, & cum lo-
 querer non auditis me, neque respondistis, cum clamasset ad uos.
 Faciam

Factam igitur domui huic, super quam inuocatum est nōmē meum, „
& in qua uos fiduciam habetis, sed & 1000 huic, quem dēdi uobis & „
Paribus uestris, faciam, inquam, sicut feci Silo. Proīciam enim uos „
a conspectu meo, sicut proieci omnes fratres uestros, uidelicet unis „
uersum semen Ephraim &c. Hactenus uerba Ieremias.

Hec Domini uerba religiose uelim expendas, Latome. Primum
audis hic Dominum dicere, si quis promissionibus de præsentia sua Mendacio fe-
in templo, absq; studio pietatis fidat, eum fidere uerbis mendacibus, dunt, qui loco
nihilq; profuturis. Credentibus enim ipsi, & præcepta eius obseruāt fidunt.
tibus, promiserat sui numinis præsentiam, non etiam hominibus,
qui fide uacui, loco & ceremonijs eius abuterentur, ipsumque grauis-
sima sic afficerent contumelia, ut testatur per Iesaiam capite primo.

Deinde considera, quod affirmat, populum uidelicet dum pera- Qui ex tēplis
etis in templo ceremonijs, fiduciam diuinæ benevolentiae sibi pollit, speluncam la-
ceretur, ac in impia uita perseveraret, fecisse ex templo speluncam la-
tronum. Ut enim latrones in suis speluncis refugium habent, & sele- tronū faciunt,
tuenter, quo magis & impunius grassentur, sic etiam illi, qui cōfidunt
externa adoratione in templis auertere se posse iram Dei, etiam si in
impietate perseverent, n̄ ex templo, ueluti latrones ex spelunca sua, uel
arce, progrediuntur audacie res ad scelerate faciendum, quia concis-
entiam utcunque placant falsa ceremoniarum fiducia, & metum om-
ni nodiuini iudicij deponunt.

Postremo, animaduertas Deum minitari se facturū ipsi templo, Loca donis
urcerat ante Silo, propter sclera populi, in quo primum tabernac- Dei spoliatur,
culum foederis constitutum fuerat: deinde projecturum se a conspe- propter mali-
ctu suo populum Iehuda, sicut proiecerat fratres illorū, uniuersum tiā inhabitan-
semen Ephraim, decem tribus. Hos autem ita proiecerat, ut nunquā tium.

recolligeret, quod & Iehuda populo postea factum est. Quid igitur Romę tuę, quid alijs eiusmo i locis audeas polliceri? in quibus ūnis impietas Ephraim, & Iehuda lōge superatur. Vbi est hodie cathedra Hierosolymana, in qua nō Petrus solū, sed Christus ipse, et cuncti Apostoli fuderūt: ubi sedes Antiochenae: ubi Alexādri- nae: ubi Cōstantinopolitanae: ubi innumerę alię? Cum hę ciuitates per gerent sub nomine Christi, in Christū contumeliose uiuere, id iudicij Aa ij experit

expertæ sunt, quod Silo, quod Sion, & ira Domini in ipsa loca fl
deflagrauit, ut Satane palam cederent, abolito nomine Christi, quod
falso prætexebatur. Qui certo alicui loco, & personis, aut ulli retez-
ternæ tribuit & assignat, etiamnū hodie, dona & promissiones Dei,
hunc sane oportet parum esse in sacris exercitatum. Nam etiam si Ro-
ma sic, ut Hierusalē, sanctificata fuisset, & religione dedicata proprie-
tamen posic̄ adeo cuncta illuc geri coeperunt aduersus omnem do-
ctrinam, & uitam Christi, quid tu promissionum Christi reliquum ei-
esse putas? Privilium Petri magnificias, prædices & extollas quan-
tum uelis, tamen non nisi ad successores Petri in pietate, non etiam
loco tantum, illud pertinere potest. Ex his itaq; perspicuum est, eam,
quam Pighius tantopere iactat ~~πόλυμην~~, & qua tu adeo niteris, in-
anem esse paralogismum conflatum ex assumptionis, quæ & aperte pu-
gnent cum scripturis, cum doctrina Ecclesiæ, & S. Patrum, cum ipsa
denique ratione, sic etiam dari uobis, & concedi non possunt ab ullo
recti iudicij homine. Sed pergamus.

C O N F V T A T I O A R G V M E N T I

Tertiū, a promissis, & præceptis Domini ad Sacer-
dotes, & de Sacerdotibus factis.

Illud sophisma componitis & fabricatis in hunc modum. Necesse
est promissiones, & dona Dei esse certa. Item præcepta Dei nihil ni-
si quod optimum est, præcipere: Sed Pontifici Romano, et alijs Epis-
copis promissus est, & donatus Spiritus S. qui omnem ueritatem do-
cer, & függerit quæcunque Dominus dixit. præcepit item nobis Do-
minus, ut quæcunque hi præcipiant, faciamus. ut igitur uera & salu-
taria hi doceant, & præcipiant oportet, quantumuis ipsi mali sint, &
imp̄ uel etiam Antichristi, ac subinde male consulant, & res Ecclesiæ
perturbent. Si uero non possunt hi, nisi quæ sunt & recta præcipere,
communicandum certe illis est in omnibus dogmati, & critibus, cum
etisq; eorum præceptis obtemperandum. Hic iterum propositione
sumptæ ex uerbo Dei, assumptionem a uobis inuentam affutis, con-
tra uerbum Dei. Promissiones enim & præcepta Dei, alio q̄ oportet
detor.

detorquetis. Promisit quidem Christus ministris suis Spiritum sanctum, qui doceat, qui suggerat eis omnia, & in omnem ueritatem ingreditur; sed uidendum est, Latome, & quibus ista ministris suis promiscetur, & quatenus. Apostolis enim, ac ueris horum discipulis promisit ista Dominus, non etiam ihsus qui falso iactant. Apostolorum nomina, & in eorum loca per sacrilegii inuidunt. Sed nec Apostolis ipsis, *Spiritus S. nea* in omnem ueritatē perducere. Hoc enim si promisisset, nec Petrus, *ta omnia pers* nec Barnabas, nō recto pede, ad Euangelium ambulare, nec Paulus minē in hac u de habitante in se peccato, conqueri potuissent. Promisit quidem Do minus, & dedit, & quotidie largitur Spiritum suum & Apostolis, & festē docet. ihs omnibus, qui prædicationi Apostolorum fidem uere accomodant, Spiritum inquam, largitur, qui doceat eos omnia que, ad salutem conferunt, que nobis ipse præcepit: & sic doceat, ut syncera & solidā fide ipsum, ut uerum & unicum Salvatorem amplectantur, & uitam piam in ipso uiuant, nondum quidem perfectam, sed gratia beneficiorū spiritus perficiendam.

At quoniam sancti primitias tantum Spiritus, non etiam plenitudinem in hac uita possident: Et quoniam caro nostra debilis, & impura, domicilium est, & ueluti perpetua sedes ignorationis & errorum, sit nihilominus, quemadmodum aliquoties iam dictum est, ut quantumuis benigne Dominus Spiritum suum Ecclesiarum ministris largiatur, salij tamen isti plerumque soleant, & labi. Consequitur ergo, ut supra non semel conclusum est, ne probatis quidem & orthodoxyis Ecclesiarum ministris, promissionem a Deo factam, esse ratam, ut uidelicet quicquid statuant, id uerum ac ratum haberi debeat. Nam & piorum Ecclesiæ ministrorum prophetiae, interpretationes, & constitutiones omnes examinande sunt temper, & cum opus est etiam repræhendendæ, ita ut Petri & Barnabæ factum repræhendi per Paulum oportuit. Et haec quidem facultas inquirendi, de scriptis & præceptis omnium hominum, quantumuis insigni prediti sint auctoritate, libera debet omnibus Christianis relinquiri: talis, inquam, facultas, quale Thessalonicenses leguntur, & laudantur fecisse in prædicationem Apostolicā, cum diligenter inspecta, et excussa scriptura, peruestis.

Acto. 17.

1. Thessa. 5.

peruestigabant, an omnia congruerent scripturæ, quæ docebantur ab Apostolis. Preceptum illud Spiritus sancti, Omnia probate, quod bonum est tenete, pertinet ad omnes, ac intelligi debet, de omnibus omnium hominum scriptis, & dictis, præterea de Canonis Scripturis.

Manifestum igitur est, ex eo quod Christus Apostolis suis, & discipulis promisit Spiritum sanctum, non posse concludi, quod oporteat idcirco nos Pontifici, & cæteris Episcopis obsequi in omnibus quæcumque illi statuant aut præcipiant, etiam ut maxime constaret eos esse tales, ad quos promissiones istæ proprie pertinerent.

Iam uero nimis notum est pro dolor, eos magna ex parte ones nihil minus esse, q̄ ex eorum genere, ad quos promissiones istæ Domini facte sunt. Quibus enim Spiritum suum tam benigne Dominus promisit, n̄ illi ipsi erant, quibus antea dixerat, Vos mundi estis. Item, Veniam rursus ad uos, & assumā uos ad meipsum, ut ubi ego sum, & uos sitis. Vos mundi estis, propter sermonem, quē uobis loquutus sum, uos amici mei estis, ego elegi uos & posui, ut fructum afferatis, &c. Præmisit quoque Dominus, huic suæ promissione de Spiritu sancto conditionem. Si diligitis, inquit, me, obseruate precepta mea, & ego rogaro Patrem meum, & alij paracletum dabit uobis, ut maneat uobis cum perpetuo, Spiritum ueritatis. Istam considera, Latrone conditionem, amoris scilicet in Deum, & obseruationis mandatorum ipsius. Illis ergo in quibus amor est ac studiū erga Deum, promissus est Spiritus sanctus, alijs contra nihil est promissum. Sequitur enim in textu, Quem mundus non potest capere, quia non uidit eum, neccognoscit eum, uos autem cognoscitis eum, quia manet apud uos.

Qui sunt mundi Spiritum sanctum recipere non possunt. Gal. 5.
discipulos, quibus Spiritum sanctum promisit, & inter reliquos homines, quos mundum uocat. Apud illos manet Spiritus Domini, & incitat eos ad actiones pias, quoniam Dominus a mundo selegit eos, alij uero Spiritum rectum ne capere quidem possunt, pertinent enim ad mundum, & in quæ mundi sunt capiunt. Sicut autem manifesta sunt opera carnis & mundi, sic etiam conspicui sunt fructus, & opera spiritus sancti. Facilis igitur est iudicatio, ut intelligi possit, qui Spiritus Christi habent, qui contra.

Etenim si uel tua ipsius uerba id ualeant, quod sonant, certe non potes hoc loco a nobis dissentire. Sic enim scribis: Certe Spiritū suū misit, non solum discipulis breui post tempore, sed etiam quotidie mittit in animos piorum: qui non abundant in sensu suo, non præsidunt ingenij suis, qui non superbi, arrogantes, maleuoli, seditionis sunt: sed humiles, & mansueti, amantes pacis, & unitatis Ecclesiæ, & sermones Dei cum tremore accipientes. Nam quæso te, an inter pios numeres eos, quos fateris esse impios: an inter humiles et mansuetos, eos, de quibus non semel questum esse te scribis, certare eos de otiosis beneficijs, & calumniosarum litium, turpiumque nundinatio- num in querendis sacerdotijs nullum facere finem: an sermones Dei uidetur tibi reuereri illi, qui negligunt curam animarum, qui parochias deferunt, qui derelicta non uisitant, qui dispersa non querunt, contrita non sanant: Atqui tales tu fateris, & quereris ipse, in Ecclesia multis retro seculis præfuisse, & hodie præesse. Et si uerum uis facta primashodie tenent inter suos, Rome, & ubiuis. Non assignabis igitur his Spiritum sanctum, siquidem ille, ut agnoscis, habitare uult in animis piorum, mansuetorum, humilium, & trementium ad sermones Domini.

Iam uero si manifestum est, ut est, maximam partem Pontificum, Iudicium infallibile nō posse Episcoporum, non habere Spiritum Christi, quomodo uos audieris tribuere illis summū de religione iudicium, & id infallibile? Quis esse penes Pontificis & Episcoporum, non habere Spiritum Christi, & plenos Antichristi spiritu: quibus iureconsultis item, & facultates: quis Medicis corpus, quis uitam suam gubernatoribus credat: quos tam sciat esse imperitos harum artium, quas ista nomina profitentur, quam tu ipse fateris, & quereris eos esse uacuos Spiritu Christi, & plenos Antichristi spiritu: tamen interim uniuersam religionem Christi, totumque populum Dei, sine ulla prouocatione addicis. Caussa agitur, Latome, Ecclesiæ Dei, maiestatis Christi, salutis omnium nostrum: Ne agamus in ea temere, ne prodamus religionem, & Ecclesiæ, quas Filius Dei vindicauit sanguine suo.

Tu quidem Latome, assignas hunc spiritum impositioni manus, Spiritus S. non est in quibus= um, personis, & loco: uis Episcopos quilibet malos ac impuros, quan- cungq; Episco- sumuis male consulentes Ecclesiæ, haberetamen Spiritum, qui doceat eos pīs.

^{106.14, 15, 16.} ceat eos omnia, & in omnem ueritatem inducat: Christus autem affi-
gnat hunc suum Sp̄iritum electioni, cum suos e mundo seligit, alio-
Esse filium & suum fidei perceptum, assignat amori, studio, & obseruationi pr̄cep-
uerū ministriū torum suorum, Apud Christum Dominum non sunt filii Abraham,
Dei, id a fide qui carne tantum, & loco sunt, non etiam spiritu, et fide. Non est Pau-
in Christū pen- lo Iudeus, non Israël, qui carne tantum est Israëlite, & externis cere-
det, & à nulla monijs, uerū qui promissione, & spiritu. Ad eundem etiam modum
re externa. nec Apostolus haberi potest, aut Christi Spiritu pr̄ditus Ecclesie
Rom. 2.9.
2. q. 7. cap. 28. Pr̄fus, aut doctor, qui id nomine tantum est, & loco. Hoc & sancti
Patres ex diuinis literis ad unum omnes pr̄dicant, et testantur. Hinc
illud Hieronymi ad Heliodorum.

Hieronymus. Non omnes Episcopi sunt Episcopi; attendis Petrum, sed & Iua-
Nec nomine, nec dam considera; Stephanum suspicis, sed Nicolaum respice. Non fa-
locus, Episco- cit Ecclesiastica dignitas Christianū. Cornelius Centurio adhuc ethi-
pum facit. nicus dono Spiritus S. mundatur; Presbyteros Daniel puer iudicat.

Non est facile stare loco Pauli, tenere gradum Petri, iam cum Christo
sto regnantium. Insatuatum sal ad nihilum prodest, nisi ut prōficiat
tur foras, & a porcis conculcetur. Sub nomine Augustini, has indu-
cit sententias Gratianus. Item Augustinus. Non omnis qui dicit, Pax

^{2. q. 7. cap. 31.} uobis, quasi columba est audiendus. Et alibi, Qui nec regiminis in se

Augustinus. rationem habuit, nec sua delicta detergit, nec filiorum crimē correxit,
canis impudicus dicendus est, magis q̄ Episcopus. Item alibi Hiero-
Dist. 40. nymus, Nō Sanctorum filii sunt, qui tenent loca sanctorum, sed qui
Gregorius. exercent opera eorum. Item Gregorius, Nos qui pr̄sumus, non es-
locorum, uel generis dignitate, sed morū nobilitate innotescere de-
bemus, nec urbiū claritate, sed fidei puritate. Item alibi, Non loca
uel ordines Creatori nostro nos proximos faciunt, sed nos, aut me-
rita bona ei coniungunt, aut mala disiungunt. Sic iudicauit hac de re
Antiquitas, cui ut uestra consentiant, uides.

Tu aīs, Episcopos malos, esse nihilominus Episcopos. D. Hiero-
nymus negat, utri uīs credamus? Tu Iudam numeras inter Apolos
Ios, Christus dixit eum esse diabolum, utrum censes debere nos sequi
& sentiendo, & loquendo? Multum, inquis, refert, quo nomine quid
facias?

facias, qualisunque sis qui facis. Eiecerunt enim, ait, dēmonia in nos ^{Iohn. 11. 13.}
mine Christi, etiam qui de numero Christi nō erant. Et Caiaphas pro Lato, satis est
perauit, quanque hostis Christi, quia Pontifex erat. Deus enim, ut ait ad id ut audire
firmas, hunc ordinem in Ecclesia esse uoluit: & sacerdoti licet malo, mis, & sequa
potestatem hanc, & uim confert, quia sacerdos est. Hæc tua sunt Laz̄ mur in religio
tome, & uerba, & argumenta, quibus ita respondeo,

ne aliquos, si il

Aliiquid sane refert, quo nomine quid facias, multo autē magis ^{lilocū ministris}
quid facias, neque non multum qualis sis qui facis. Prædictis Dñs mul*r*ij occupent.
Ieremiam questus est prophetasse in nomine suo, quos non misseret, Nō tantū quo
tos uenturos in suo nomine, quos fugere præcepit, non sequi. Apud
Ieremiam quidem prophetasse in nomine suo, quos non misseret, Nō tantū quo
quos prohibuit audire. Quicquid certe uel nominis, uel loci quis nomine, sed eti
prætexat, nisi adserat uerbum & mandatum Domini, nisi agat nego am quid, quod
tum Domini, ut alienus fugiendus est ouibus Christi, nec ei ne aue geratur in Ec
quidem dicendum. Exorcistæ Iudei Ephesini adiurabant dēmones cle^{spectandū}.
per nomē Iesu, at dēmoniū insilij in ipsis. Tantum refert qualis ille Matth. 24.

Ieremie 14.

Iohann. 10.

2. Ioan. 1.

Acto. 19.

Matth. 7.

Eiecerunt quidem nonnulli dēmonia, & prophetarunt in nomine
Christi, qui Christi non erant, sed id non ideo factum est, quod no
men Christi obtenderent, sed quod negotium agerent Christi, tamē
etsi non uero studio Christi: deinde uolebat Christus uim nominis
et ministerij sui, etiam illustrare. Prophetauit Caiaphas, sed Prophe
tiā, qua persuasit Christum, quamvis innoxium, morti tradendum
esse. Hunc quidem ordinem Deus in Ecclesia esse uult, ut si etiam ma
Per quos mā
li ministri, eius uerba pura adserant, & sacramenta administrent, ex los ministros
cipiamus ea pie, pureque: taliumque ministerio eam uim & potestatem deus operetur
contulit, ut fidelibus & recte utentibus, horum ministeria salutaria
sint. Eum autem nec ordinem in Ecclesia sua esse uoluit, nec eam uim
sacerdotibus, ne ueris quidem tribuit, ut quicquid ipsius nomine ob
tentio faciunt, & administrant, id propterea uerum esse oporteat. Fu
geret enim eos præcepit, qui non adserunt suum uerbum, & sacramē
ta, quicquid etiam nominis, aut functionis prætexant.

Aliud est de imperio externo, ut & ante dixi, quod etiam si res, si Quatenus in
libertatem, si uitā ipsam eripiat, & summa cum iniuria, id pie tamen perio externo
perferriri potest, atque in eo agnosci bona Patris celestis uoluntas. parendum.

Bb ii Quicunque

ROM. 13.

Quicunque igitur horum potestati, quos Deus rebus publicis pres-
fecit, quantumuis malis, & tyrannis resistit, in his quæ fieri, aut ferri
possunt bona conscientia, is omnino Dei ordinationi resistit. Secus
si quid imperent, quod inoffenso Deo fieri, uel admitti nō possit. Me-
rentur sane peccata nostra, quod recte scribis, ut malis Episcopis &
tyrannis opprimantur, a quibus merito quoq; nostro, multa, et grar-
uia patimur: sed ut his pareamus, uel faciendo quæ prohibuit Deus,
aut prætermittendo quæ iussit, hoc uictuit Christus, non iussit.

Hoc etiam loco, parum te philosophiæ memorem fuisse decla-
ras, cum scribis, Quid? Tu reges, etiam si tyranni sint, reges non esse
putas? Tu uero, mi Latome, putas? Certe, Plato, Aristoteles, Cicero,
alijque philosophi non putarunt, non plus, quam democratiam, in
qua populus præter leges imperat, esse politiam, qua scilicet imperi-
um populi administratur secundum leges, & ad uirtutem dirigatur;
aut oligarchiam, in qua pauci imperium tenent contra ius, & rectū,
esse aristocratiā, in qua pauci licet, sed secundū leges, & ad salutē po-
puli gubernacula reipub. moderantur. Rex & Tyrannus contraria
sunt: ille commoditatibus populi, hic suis cupiditatibus imperium
gerit. Vtrisque tamen ex æquo parentum est in omnibus, per quæ
Deus offendī non possit.

Sacerdotes au-
diēdos sine de-
lectu non re-
cte contendūt
Latomus &
Pighius.

Hic autem urges cum Pighio illud: In cathedra Mose sedent scri-
bæ & pharisæi, Omnia ergo, quæcunque iussent uos seruare, seruate,
& facite. Contenditis, quicquid Pontifex, & reliqui Praelati, docent,
ac præcipiunt, id non ex parte, sed totum, & sine delectu recipiendū
esse: ut tollatur scilicet inquirendi licentia, & authoritas sacerdotii
confirmetur. Dominum enim dixisse, Omnia, & quæcunque, quæ
nephas sit dubitare dedoctrina sacerdotum, & eorum officio diffi-
dere. Hęc sunt tua uerba.

Quęso autem consideres tamen, quo nos ducas hac tua noua lo-
ciihuius interpretatione: quæ sane pugnat cum omni scriptura, &
Traditione. Sedebat ne illi ipsi scribæ, & pharisæi in cathedra Mois,
de quibus Dominus hæc uerba nominatim dixit? Atqui hi dicebāt,
Dominum Iesum habere dēmonium, & eos qui confiterentur ipsum
esse Christum, debere excludi a communione fidelium, Dominum
Iesum.

Iesum cruci affigendū, Apostolos uerabant ullū de eo uerbū facere.
 Iam si absq; delectu Dñs eorum doctrinam recipi uoluit, quare dis-
 xit, Cauete uobis a fermento phariseorum, quo doctrinam eorum
 intellexit. Deinde, uis ut existimemus, omnes eos sedere in cathedra
 Moysi, Christi, & Ecclesiæ, qui id de se profidentur, & loca sanctorum
 inuadunt: non meministī conditionis, De canonice intrantibus, quæ
 tamen formulæ inseritur iuramenti episcopalit. Erant igitur audiēn-
 di & tot Episcopi hæretici, qui Ecclesiarum cathedras per uim occu-
 pabant. Vide quo absurditatē ruitis, dum præsentem statum tueri,
 & iugum Christi commodum, onusque leue, repellere a uobis labo-
 ratis. S. Patres ad unum omnes interpretantur hunc locum de lege
 Mose, quam dum scribæ & pharisei docebant pure, citra ullum ali-
 ud fermentū, et doctrinam ab ipsis inuentā, etiā ipsi secus uiuerent,
 audiendos suisse dicunt. Vos autem, quæcūq; traduntis, qui quouis
 modo cathedras inuaferint Episcopales, tanquam oracula Dei,
 fine delectu, fine ulla inquisitione recipienda censetis. Agnoscite tās
 dem, in quantas tenebras uelitis abducere nos præcipites, & auoca-
 re proflus a luce clarissima ueritatis, ad portentosa, periculosa, p' enissi-
 ma mendacia.

Sed Pighius & hic nouum dogma adserit, Cathedram Petri scilicet
 illud habere priuilegium, ut quicunq; hanc ascenderint, quacunq; eti-
 am ratione, eos, cum est de religione respondendum, errare nō posse.
 Item, frustra illud a Canonistis dici, Papam si in hæresim incidat, pos-
 se deponi ab officio, fieri enim non posse, ut erret. At quo scripturæ
 oraculo suuma istud dogma probat? qua Traditione, qua ratione?
 Adserit ille quidem, quod Dominus Petro dixit, Rogau pro te Petre,
 ut non deficiat fides tua, tu conuersus confirma fratres tuos. At
 hoc Dominus non dixit ad eos cathedræ Petri inuasores, qui contra
 ria Petro studia sectātur. Sed nec Petro sicest promissio ista facta, qua
 si errare non posset. Nam & Chr istum negauit post istam promissio
 nem sibi factam, & restitutus ab eo lapsu, post acceptum etiam Spis-
 ritum S., nō recto pede ambulauit ad Euangelion Antiochiae. Nec
 enim dixit Dominus, Rogau pro te Petre, ut non erres, aut ne labas
 nisi unquam, sed ne deficiat, ne extinguatur fides tua. Quid autem As-

Quām recte
Pont. errare
nō posse Pighi
us contendat.

LUC. 22.

Nec Petro,
nec emquam
alij datur, ut
non posse er-
rare.

Bb iii postolice

postolicæ, & S. Patrum Traditiones de priuilegio huius sedis crediderint & senserint, supra abunde ostendimus. De ratione quam adserit Pighius, & tu quoque obijcis, Nihil scilicet certi, nihil firmi in Ecclesia fore, nisi sit aliquod de religione iudicium summum, & infallibile: dicendum iam erit in refutatione quarti argumenti uestri.

Ex his ergo, quæ iam exposuimus, omnes p̄ij satis agnoscunt, argumentum hoc uestrum tertium, uidelicet, quia Sacerdotibus omnibus promissus Spiritus S. qui eos in omnem ueritatem inducat, ideo Sacerdotes audiendos esse in omnibus, quæcunq; statuerint, sine delectu & ciura inquisitionem, esse paralogismum ex accidente, & ex eo, id tanq; dictum simpliciter accipitis, id quod est certo modo dictum, Promissus enim est sacerdotibus Christi Spiritus S. Verum quiesce sunt, non qui nomen tantum, & sedem sacerdotum tenent. Necesse hic Spiritus ullis hominibus ita promissus, ut spiritus carnis & mundi nihil iam loci apud eos habeat. Praeceptumque est Christianis, ut ministros Christi, ut Christum ipsum in omnibus audiant, sed dum illi ipsius, non sua uerba adferunt. Falsum igitur est, id quod scribitur, ordine gesta esse, & rata debere manere, quæ geruntur, & in hunculæ diem gesta sunt ab ihs, qui palam imp̄ij sunt, qui munus suum Episcopale, non modo negligunt, sed etiam contra Christum, & Ecclesiam eius conuertunt, omni potestate & opibus Ecclesiarum ad dillationem regni Christi abutentes.

C O N F V T A T I O Q V A R T I A R G V⁺

menti, a necessitate constituendæ, & conseruandæ pacis, & tranquillitatis in Ecclesia.

Postquam igitur demonstratum est, quantopere cum scriptura cum Traditionibus, cum recta deniq; ratione pugnet uestrum iustum dogma, de summo iudicio, & infallibili quod penes Pont. Ro. in omnem & Ecclesiam, & religionem, esse contenditis; tandem consurgitis, quo necesse est defugere omnes, qui lucem uerbi diuinidetur, ad rationem mundi, et carnis, insciam rerum diuinarum, ignorantiam regni Christi, ex qua talam construitis, et cuditis paralogismum.

Si cuditis

Si cuiqe Christiano, & cuiqe Ecclesiæ priuatim, supremum de religiz Lat. & Pighij
one, quā quisqe sequatur, deque Ecclesia, cui se adiungat, iudicium de Paralogismus
fertur, si non penes unum aliquem, quem reliqui omnes, sine ulla ex
ceptione audiant, iudicium hoc supremum religionis, & Ecclesiæ co
stitutatur, nihil certum & firmum habebit, neque uita nostra, neque res
ligio: sed omnium rerum, & actionum humanarum sequetur infi
nitæ perturbatio, & perpetua seditione factabitur Ecclesia. Nephias
autem est existimare, Christum Seruatorem uoluisse Ecclesiæ suam
in tanta relinquare fluctuatione, & incertitudine, & religionis, & rerū
omnium. Necesse igitur est constitutum esse a Domino aliquid de
religione iudicium extremū, & cunctis irrefragabiliter audiendum.

Hic paralogismus est ex eo, quod pro causa ponitis id, quod
causa non est. Nec enim ullus dicer, perturbationis in Ecclesia hanc
esse causam, si, quod Christus Dominus fecit, & fieri quoque necesse
est, iudicium de religione extremum, cuique Christiano priuatim, &
cuiqe Ecclesiæ pro se relinquatur, iudicium inquam, non ex humana
ratione, sed ex verbi diuini cognitione petitum & haustum. Tam etim
am abest, ut fidei & religionis certitudini consulatur, si iudicium de
religione summum uni in uniuersam ecclesiam relinquatur, ut etim
am omnis fidei & religionis certitudo atque firmitas, hoc ipso plane
profligetur. Causam ergo absurdī, & incommodi ponitis eam, quæ
causa non est. Quod ut planius faciam, quatuor mihi sunt demons
tranda. Primum, Christum Dominū reliquisse omnibus fidelibus 1. Demon
& propris, priuatim, & cuiqe Ecclesiæ pro se, supremum de religione ius stratioes 4. co
dicum, sed quod fiat ex ipsius spiritu, non ex propriis cogitationis tra paralogis
tis, aut ulla humana persuasione. Alterum, oportere ut quisque 2. mu Pre
hoc in re, suo iudicio relinquatur. Tertium, id cum sit, nequaque hoc 3. ghy.
ipso præberi causam ulli perturbationi, aut incertitudini in religi
one. Quartum, tam abesse, ut fidem & religionē stabiliat, si supre
mum de religione iudicium uni committatur homini, ut id etiam sit
dem magis, & religionem Christi prorsus euertat.

Primum ira demonstratur. Dominus Iesus Euangelium suum Demostrat. I.
mandauit prædicari uniuersæ creaturæ, prædictisqe fore ut illud am
plerentur, qui essent digni, hoc est ab ipso ad uitā destinati, & quo
rum pectus

rum pectus, ueluti bonam terram, ad percipiendum uerbum suum
adornasset. Contra autem repudiarent illud, qui essent indigni, hoc
est non ab ipso uocati, & qui essent Euangeli incapaces. Nec adiecit
hic aliud praeceptum Apostolis, quam ut apud dignos manerent:
indignos autem excusso puluere de pedibus relinquerent: non iussit
ut ad aliquod altius iudicium, ac summum aliquem Apostolorum hos
mitterent, cuius autoritatē demum fidem haberent. Ita fecerunt A-
postoli: annunciarunt gentibus ea, quæ Dominus eis præcepit, &
qui libenter recipiebant eos, Christo Domino consecrarunt: qui mis-
sus, eos missos fecerunt.

Sic etiam ueteri populo, Dominus prædicata benevolentia sua,
optionem dedit, & iudicandi potestatem fecit, ut oblata eam bene-
uolentiam amplecterentur. Contestor, inquit, erga uos hodie cœli
& terram: proposui enim uobis uitam, et mortem, benedictionem &
maledictionem, elige igitur uitam, &c. Et Iehosue xxiiij. Nunc igitur
timete Dominum, & seruite illi solide, & in ueritate, auferentes deo,
quos coluerunt Patres uestrí ultra fluuiū, & in Aegypto, & seruite Do-
mino. Et si malum uobis uisum fuerit seruire Domino, eligite uobis
hodie, cui seruatis.

Et in ipsis Ecclesiis iam collectis, & constitutis, Apostoli, propo-
Apost. etiā in sitis & explicatis præceptis Domini, iudicium de his deferebant aut
Eccl. à se con ditoribus. Hinc Paulus cum doceret Corinthios, ex ipsa ratione Eu-
stitutis, omnia charitiæ, commercium idolorum fugiendum esse. Ut prudentibus
Eccl. iudicio loquor, inquit, uos iudicate. Ita cum exposuisset, quam deceret mu-
reliers orare in templo testis, & viros apertis capitibus, subiecit. Si
1. Cor. ii. quis uidetur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habe-
1. Cor. 14. mus, nec Ecclesia Dei. Et ad præcepta illa, de non loquendo linguis
sine interpretatione, de prophetandi ordine, & silentio mulierum in
Ecclesia, subiecit. Si quis uidetur esse propheta, aut afflatus spiritu, ag-
noscat, que scribo uobis, esse præcepta Domini, si uero quis igno-
rat, ignoret. Ita cunctam Ecclesię prophetiam, & doctrinam, que ex-
hibetur in Ecclesiis, sedentibus iudicandā relinquì uoluit. Ceteri, in-
quit, dijudicent.

Ita Dominus cuique Ecclesię, etiam potestate ligandi, & soluendi
tradidit.

tradidit supremam. Matth. xvij. Nam qui suam Ecclesiam non audiunt, eum haberi iussit ut ethnicum & publicanum. Vnde Canon ille constitutus est. Non debere ab ulla Ecclesia in communionem recipi, siue sit laicus ille, siue clericus, aut etiam Episcopus, qui est a sua Ecclesia excommunicatus. Nam si ad Concilium prouocari, tum donec in Concilio causa eius cognita, absolvi meruerit, latæ in eum sententie obnoxius esse debet. Hinc nec Paulus, tantus Apostoli, tantaque uis spiritus præcellens, tradere Satanæ incestum Corinthi uoluit, quod tamen ille solus potuit, nisi collecta cum suo spiritu, & una iudicante tota illic Ecclesia. Ex his ergo luce clarius patet, Christum permisisse iudicium supremum de religione cuique fidelium, & cuique Ecclesiarum, & eius Apostolis. Id quod primo loco demonstrandum fuisse.

Iam ita fieri oportere, nec posse quenquam de fide per homines demonstrari. certum fieri, omnino clarum est. Manifesto enim Spiritus S. oraculo Necessæ esse certum, neminem qui non sit Spiritu Dei prædictus, posse quæ Dei sunt uniuersæ suo constat, neminem qui non sit Spiritu Dei prædictus, posse quæ Dei sunt uniuersæ suo capere. Talis enim ^{lux in nobis} homo est. At Spiritum Dei nemo largiri relinqui uide potest: Deus solus eum inspirat quibus uult, & spirat ille ubi ipsi uicitio in rebus resum fuerit. Nemo igitur quantum magna autoritate, uel potestate ligionis, in Ecclesia Dei polleat, ullum hominem ex sequidem certum reddere potest de rebus religionis. Nemo, inquit Dominus, potest uenire *Ioan. 6.* ad me, nisi Pater meus traxerit eum. Scriptum est in Prophetis, Erunt omnes docti a Deo. Omnis igitur qui audierit a Patre, & didicerit, *Ioan. 3.* isti uenient ad me. Quicquid ergo iudicent omnes mortales, siue singuli, siue universi, siue Pontifices, siue plebejij, nemo uenit ad Patrem, nisi qui a Patre ipso discit & audit, & in corde suo de Euāgelio ipse per spiritum fidei statuit. Numquid igitur Christianum, & uniuersans que Ecclesiastiro in rebus religionis iudicio relinqui necesse est: iudicio, inquam, quod regat spiritus illescrutator mysteriorum Dei, spiritus filiorum Dei, non spiritus mundi huius, qui earum rerū, quæ Dei sunt, ignarus est. Is enim demum, inquit D. Ioannes, obliignauit, *Ioan. 3.* id est, certo cognovit Deum in uerbo suo ueracem esse, qui iam accipit testimonium Christi, credidit Euāgelio, hoc autem sua quisque sis de suo iudicio faciat oportet accepto spiritu fidei a Domino. Quos

Ceterum nihil

rum nihil conferri ab homine potest. Iam & alterum illud absoluimus, quod probandum suscepi. Necessarium hoc esse, ut quisque de religione suo relinquatur iudicio, sed inspirato diuinitus, non hauriet ex cogitationibus humanis.

Demonst. 3. Ex his uero facile & tertium concluditur, quod demonstrare debet Propter Euā- beo. Si unusquisque fidelium, & unaquaeque Ecclesiarum, in rebus pertinientibus libertatē tinentibus ad religionem, suo relinquatur iudicio, nullis hæretibus, nullam perturbat aut schismatibus in Ecclesia, hoc ipso caussam dari. Nā quicquid sequitur. Christus ipse, quicquid etiam a suis uult fieri, hoc ut Ecclesiæ singulari utilitatem adferat oportet: tantum abest ut ullo modo necere possit. Iam autem ostēdimus, & Christum ipsum, & Apostolos, ex ipsius mandato sic obtulisse hominibus Euāgelion, & uniuersam religionem, ut unusquisque fide propria, & suo ipius iudicio eam complectatur. Nullam igitur hæc res perturbationem Ecclesiis adferre nullam quoque seditionem excitare potest.

Demonst. 4. Quartum nō confirmari religionem, & pacari, sed euerteri potius, & Ecclesiastis uastari, si religionis supremum iudicium ullis certis hominibus alligetur, ex eo cognoscitur. Perit Ecclesia religio omnibus, quando iubentur homines confidere autoritate humana, in his rebus, quæ ad salutem pertinent animarum. Maledictus enim est, in Non stabiliri, quia propheta, qui confidit in homine. Fidem ueram, qua cuique Christus si suum inde, si hoc semel recipiatur, ut hoc solum in sacra scriptura debet credi, quod interpretati fuerint, & credi præceperint, Ponifex, & crederetur aliud iudicium, aturæ eius Episcopi: ex eo sequitur necessario, hominibus esse magis credendum, quam Deo. Quod si recipiatur, iam religio, & fides, quæ solo Dei uerbo nititur, euersa est, & Ecclesiæ Dei, quæ solo Dei uerbo ædificantur, dirutæ sunt, atque ab ipso fundamento concusse.

Sed fieri alioqui, dices, ut plerique putent, uel mentiantur etiam, si habere Spiritum Domini, cum tamen nihil minus habeant, & recusat santes hominum autoritatem, quasi solius Dei uocem audiant, interim sibi plus quo tribuant ipsi, & suis persuasionibus credant: qui fieri, ut tot emergant religiones, quot sunt insana capita, tot hæreticiorum conuenticula, quam multi erunt hæreticorum discipuli.

Respondeo

Respondeo. Hoc quicquid est incommodi, iam inde ab inicio, in Ecclesia semper usu uenit, & euenerit, quādiu caro nostra, & huius mundi principes non plane sunt aboliti. Oportet hereses esse, inquit D. Paulus 1. Corinthi, 11. lus, ut qui probati sunt, manifestentur. Necesse est ut scandala oriantur Matth. 18. ait Christus ipse. Quid tu facies homo? Sic est humanæ misericordie fatum. Sed nec Pontificis certe uestri, nec ullorum hominum autho ritas malum hoc profligare potest, ut uides. Alioqui, si quid contra potest D. Petri priuilegium, quod Pontifici uestro tanto pere tribuitis, usurpet illud, & redigat in ouile Christi Iudeos, Turcas, Hæres ticos, & omnes ab ipso dissentientes.

Hoc, inquis, præstare posset, si omnes hoc ipsum quod nos consensimus etribuerent, & ab ipso certum in omnibus rebus iudicium paterent. Totius mali fons ex eo profluit, & ortum habet, quod sus premium illud, & certissimum, de religione iudicium non defertur ab omnibus huic sedi, & quod tam multi detrectant habere fidem. Aduersarij sa Egregium uero & bellū hoc uelutrum commētū: si penes homines tentur nemine relinquitur, ut Pontifici credant, si uelint ipsi, nec potest animos eorū Pontifici crea tur, nisi id ultro uelint. Quid habet hac in re priuilegij: aut quid omnes credendum ei ipse iudicet.

nino amplius potest, & quilibet subulcuse. Etenim quemcunque non credimus, cui per omnia credamus & assentiamus; iam nulla erit inter nos opinionum diuersitas, aut dissidiū. At enim si agnoscis in hominum uoluntate positum esse, ut Pontifici credant, uel non credit: iam sane recipis hoc ipsum quod nos affirmamus, & iam demōstrauimus; in dijudicatione religionis, unumquenq[ue] uidelicet suo ius dicio relinqui necessario, nec ullam esse hominibus, ex ipsis quidem, auctoritatem, aut facultatem, animos hominum de religione persuadendi, quia potestatem nō habent immutandi, & refingendi corda.

Diuus Paulus gloriatur in Domino de armis spiritualibus, quibus demoliri possit cunctas cogitationes, & omnem celstudinem extollente se aduersus cognitionem Dei, & ad captiuandum omnē sensum in obedientiam Dei, sed addit, hæc arma uim & potestatem habere a Deo, non aliunde. Ita cōmemorat se Christum inscripsisse certificandi de in Corinthiorum corda, sed addit hanc facultatem sibi datam a Deo religione.

mino, qui idoneos fecisset se, & alios ministros noui Testamenti, non literæ, sed spiritus. Fatetur etiam se nihil tale potuisse cogitare. Nam net igitur, & firmum relinquitur, id quod nos affirmamus, oportere omnes, ea quæ religionis sunt doceri diuinitus, & proprium cuique de his iudicium per spiritum fidei inspirari, nec posse quenque Christi anum, aut ullam Ecclesiæ obtinere certa de religione, ac uerbo Dei fidem absque diuino afflatu. Nullus enim quantumuis præclarus, & sanctus, ne Petrus quidem, & Paulus ipse, nullus, inquit, occupator sedis Apostolicæ, quales tam longo tempore iam fuerunt Rom. Pœtifices, potest ad hanc rem, & ad ista fidei certitudinem quicque adierit, præter fidelem & synceram uerbi Dei prædicationem, & explicatio onem. Quod quidem munus a uocatione, & uoluntate, donisque Dei totum pendet, non ab electionibus & priuilegijs hominum.

Idiotæ Laici certos reddunt Vnde non raro fit, ut qui loco & autoritate minores in Ecclesiæ de religione, quæ Dei sunt, & ad tranquillandas Ecclesiæ, quam maximi Pontifices, & multa Episcoporum Concilia. Notum est enim, quod in Tripartita historia memoratur, de iuuenie laico, sed Christi confessore, qui in Concilio Niceno simplici admonitione dialecticorum disputac ones cohercebat. Notum & illud est de sene confessore, sed indecto, qui acerrimum philosophum sola Euangelijs summaria recitatione, conuertit ad Christum. Homo prædicare, & collatis inter se scriptis explicare potest ea quæ præcepit Deus: unius autem Dei munus est dare huic plantationi et rigationi incrementum. Ab hoc uno omnium & singulorum hominum, item Ecclesiarum omnium fidem, & religionem stabiliri oportet, in qua confirmatus esse debet unusquisque spirato.

Administrato rem supremū Ecclesiæ, & quam non possit Ecclesia eo desistui. Sed nec eo desistatur semper, habet tur, nec omnia quidem, etiam si ista ex lege potestas quam contin git, nullis in terris hominibus tradatur. Christus enim Dominus credimus eum uiuimus, & ille in nobis, quia de carne eius, & de ossibus eius suis

etius sumus. Praestat Ecclesiae suae, quod promisit, cum diceret: Ecce Matth. 28.
ego uobis sum quotidianus, usque ad finem saeculi. Sed perturbat Pis-
ghium, ac te Latome, multosque uestrum in hac disputatione, quod
non perpenditis regnum Christi, id est, Ecclesiam Dei non esse de hoc Ioan. 19.
mundo, & eos qui credunt Christo, habere suum πολιτευμα in coelis Philip. 3.
quo cum Christo collocati sumus. Spiritu enim Christi hoc regnum,
no extera aliqua potestate regitur, et disponitur. Ministerium tam
huius rei exhibetur per eos, quibus uerbi, Sacramentorum, & disci-
plinae Christi dispensatio creditur.

Et quia multo commodius est, ut singulæ Ecclesiæ hoc ministerium In qualibet Ec-
perfectum habeant, quam ut omnes ab unius Ecclesiæ iudicio penitentes. Christus
deant, quo longe excurrere fidelibus pro doctrina, & consilijs non totus, ideo &
sit opus: uoluit Christus, qui suis optima & commodissima ratione, de regnum eius
cuncta religione cœsulere instituit, Ecclesiæ suas sic procurare, ut nul- totum.
li uni loco summa religionis administratio addiceretur, sed ut in
qualibet Ecclesia essent omnia quæ ad salutem hominum necessaria
esse possunt, & esset ipse suis ubique totus præsens, Rex & seruator, ue-
rum & unicum in hoc corpore ιησουν κορ, qui solus scilicet omnem
sensem, & actionem nouæ uitæ, suo in eis spiritu excitaret, sustineret
& moderaretur.

Agnoscite igitur tandem, cuiusnam rei societate & communione
Ecclesia constet: definite respicere ad loca, personas, externas actio-
nes: haec enim omnia, nisi nouæ in Christo uitæ subseruant, minime
omnium pertinent ad regnum Christi, sed omnino sunt profana. Fi-
des in Christum, Spes, Charitas, & uitutes cæteræ noui hominis, hæc
res Ecclesiæ sunt, regni cœlorum: & harum rerum communione atque
societate constat corpus Ecclesiæ. Quis iam dubitet solum Christum
esse, qui uitutes istas hominibus infundit, et auger: Peneshunc igitur
unum, non etiam ullum hominem, sit & maneat supremum Ecclesie
imperium necesse est. Hic oportet, ut initio suos ad societatem fi-
dei conuocet, ut in ea conseruet, rectumque de rebus omnibus iudici-
um in animis eorum dicteret.

Quis est, inquit ille, Paulus, quis Apollo, quæ ministri, per quos crevit Corinths.
didistis, & pro ut cuique Dominus dedit. Ego plantraui, Apollo riga-
uit, ut in animis eorum diceret.

Cc iij uit, sed

Societas Eccl.
in fide, quæ so-
lus Christus
largitur & re-
git.

uit, sed Deus incrementum dedit. Proinde neq; plantans est aliquid, neque rigans, sed Deus qui incrementum dat. Plantans uero, & rigans unum sunt, id est, perinde sunt. Quid autem possit Pontifex ad religionem conferre amplius, quam contulit Paulus, q; Apollo. Ergo & Pontifex non aliter, quam quilibet alias Christi minister has bendus est, nec poterit ei iurare. Ecclesiae, & ea uis attribui, ut sua unius auctoritate homines de fide Christi certos reddere debeat.

Verum enim uero ista & ex rebus humanis magis accomodatis similitudo col cognoscere facile possit. Sunt Medicorum, Iureconsultorum, Mathematicorum, & eorum omnium, qui artes aliquas profitentur, inter ipsos societas, atque ecclesiae quædam, quæ communione constant harum artium, etiam inter eos, qui se nunq; mutuo uiderunt. Eadem enim omnes, ubiuncq; sint, didicisse et tenere oportet, qui ueri Medicis, ueri Iureconsultis, ueri Mathematicis haberi debeant. Habent quoque hi in certis locis sua collegia, ubi & corpore conueniunt, artes has docent & discunt, ac de rebus ad has artes pertinentibus inde consultant, congruentemq; artibus his disciplinam & uitam inter docentes & discentes instituunt & seruant. In quibus Collegijs desunt etiam fuci, qui nomina harum artium tenent, res non tenent, nec disciplinam in ijs Collegijs institutam seruant. Qui fuci aliquando manifesti sunt omnibus, aliquando non sunt. Et qui manifesti omnibus sunt, alibi ejciuntur ex his Collegijs, alibi non ejciuntur, propter disciplina consentanea his artibus in uno quoq; Collegio amplius uiger.

De Sectis in qualibet arte. Oriuntur etiam aliquando dissidia inter professores harum artium, & existunt sectæ: quarum aliae artes istas omnino deprauant, hoc est, ea quæ necessaria sunt in his artibus uel negligunt, uel pervertunt. Aliæ uero, necessaria artium istarum dogmata retinent, & digladiantur tantum de rebus quibusdam accessorijs, ut secta Epicorum, & Methodicorum, de quibus Galenus, a uera artis partim negligunt, partim subuertunt. Sic etiam extra societatem uerorum Rhetorum erat Gorgias & similes Sophistæ, quos traduxit Socrates. In eidunt tamen in artibus aliqua, de quibus etiam ueri artifices & qui

ADVERSARIORVM. 267
necessaria artium tenent omnia, non idem iudicant. Ad eundem modum accedit de disciplina taltum collegiorum, ut eam alij penitus reijciant, alij non plane seruent.
Iam ubi habet finem?

Iam ubi hæc incident incommoda, ut alij ab ipsis artibus omnino deficiant, & ijs præterea, qui artes recte tenent infestis esse incipiunt, alij intra fines quidem artium consistant, rixentur tamen inter se, ant, alij non necessarijs ad artes: alij disciplinam dignam & utiliorem drebūs non necessarijs ad artes: alij disciplinam dignam & utiliorem professioni suæ uiolent, uel totam, uel ex parte, Hæc inquam incommoda, cum in collegijs illarum artium existunt, qua ratione putantur oportere amoliri illa, ut & synceritati artium, & collegiorum tranquillitati consulatur: Collocabis ne aliquo in loco ijs, qui docent & discunt has artes, tribunal aliquod summum, ut si quis contra uel præcepta, uel disciplinam earum artium aliquid turberet, audita sententia præsidentis in eo supremo tribunali, statim corrigatur, & ex falso, imperito & depravato, solidus & uerus medicus, iureconsulatus & Mathematicus euadat: ut suæ professionis disciplinę totum subiçiat, ijs, qui eam uel ex parte, uel totam antea reiecerat:

Hoc fateberis non esse in manu hominis, ut unus aliquis sola præcipendi autoritate artes tradat, aut rectas sententias animis in fundat. Imo ne doceri quidem artes quaslibet, uel etiam quamlibet disciplinam persuaderi cuius posse non ignoras. Vnde & Socrates recte iudicauit, hominem ab homine non posse uirtutem doceri, sed a flatu ad hanc rem opus esse diuino. Et quam facile eueniat ut in ipsis quibus summi imperium traderes in professionem, & collegia larum artium, ipsi & ab artibus & a disciplina digna artibus deficerent? Quid enim professores communium artium in plurimis omnibus Academias pridem reciderint, nimis est manifestum.

Academis pridem reciderint, nimis est manifestum.
Ad professionum autem istarum restitutionem, nihil ullius inter
artium professores Principis sententia contulit, aut ædictum ullum;
sed cum Deus primum in Italia, deinde in Germania, mox in Gal-
lia & Anglia, quosdam præclaris ingenij præditos homines excita-
uit, studioq[ue] ipsarum artium incendit, qui uesteres errores notarent,
& artes ipsas ex ueris authoribus disserent, atque docerent, tum des-
censum restitui sensim professiones artium incepérunt, atque id non si-
ne gra-

ne grauissimis certaminibus, quæ illis recuperatoribus artium mota sunt, ab ihs, qui in Collegijs artium illarum sub falsis doctorum tulis dominabantur, & adhuc in multis dominantur.

Ab istarum rerum similitudine, cum quibus Ecclesia multa habet communia, non autem a similitudine externæ Politiae, cum qua non adeo multa habet paria, & id omnium minime, quod in rebus publicis est plerasq; contentiones ui remouere, etiam sine assensu auctoritatis externe de Ecclesia iudicandam est. tum etiam gubernationis, qua eam societatem regi arque conservari oportet.

Tota enim res, in qua ista consistit societas & communio, ut dictum iam saepe est, nec tamen dici uobis satis potest, coelestis est, atque a benigna & liberali manu Domini tota penderet. Fides enim qua renascimur, in animum hominis Christiani a solo spiritu Christi inspirata ratur, quicquid etiam & homines, & Angeli omnes praecipiunt aucti flū omnes communione qua munione quæ Dei collecti sunt, in communione sanctorum existunt, unum in Christo sunt. Collegia autem sua habent, ubi ea illorum est frequentia, ut cit in Christo. sacram ministerium totum constitutere possint. In his omnibus Col legijs, id est, Ecclesiis Christus ut totus ipse adest, ita totam redempti onem quoq; & salutem, quam nobis parauit, exhibet: hic ipsius aucto sumnum religionis tribunal existit, summa iudicandi potestas, in operi munia ea, quæ sunt religionis, quæ uitæ nouæ. Fuci quidem his Col legijs nuncq; defunt: qui autem manifeste nouæ uitæ uel doctrinam, uel disciplinam uiolant, hi in quolibet eiusmodi Collegio, in qualibet Ecclesia, cui plenum ministerium constitutum sit, ligari ad penitentiam, uel si hanc respuant, a societate Christi penitus exiçti debent.

Qua ratione At quia ut supra diximus, cum ministerium communionis erroribus & hereticis explicaremus, Deus hanc charitatem in creditibus erga alijs uitijis occurrit, se inuicem accendit; hanc etiam singulis hominibus, & Ecclesiis facultatem iuandri se mutuo ad nouam uitam largitur, ut singuli quoq; Christiani, maxime autem ministri religionis, & Ecclesiæ adiuuare, & in religione instaurare proximos fratres, & fratrū coetus, tū cupiant, tum possint quoque: hinc sit, eum error, & impium aliquod dogmatis uel die

vel disciplinæ uiolatio obrepit, ut mox ipsi ministri Ecclesiæ, in qua id malo obortum est, cum toto fratum cœtu ei malo occurrant: & Quō erroris si ad tollendum illud ipsi satis non sunt, inuicent uicinarum Ecclesiarum bus et schisma garum opem, ut præcipui religionis ministri, et exercitatores in fide tibus in Ecclesia Christi laici conueniant, & exortis morbis idonea remedia in Domini sua oboris occurrēt. Iuxta scripturarum authoritatem, quærant & adhibeant. Quod currendū sit, a Domino faciant, multos ab erroribus siue doctrinæ siue uitæ regnabunt, pacemq; & ædificationem religionis synceram Ecclesiis lucent, siue conuertendo ab errore seductos, siue a confortio Ecclæ eniendo eos, qui fuerint in erroribus & uitij obstinati.

Ad hæc, sunt ubique Magistratus, summum imperium administantes, qui si credunt in Christum, amant & ipsi Christum, & regnum s; id eptotis uiribus adiuuant. Ideoq; sacram scripturam & desumus hinc Canones pro firmissimis accipiunt legibus, & iudicia se ad hanc facta rata habent, ut Constantinus, Theodosius ac cæteri p; Imperatores fecerunt. Quocirca eos, qui audent fanum Christi doctrinam uitare, aut disciplinam uitæ Christianæ disre, legibus & poenis coercet. Pacemq; & syncerā religionis ad illustrationem tuentur, λεπροφυσι; enim, id est, ministri publici Dei sunt, potestatemq; quā a Domino acceperunt, in salutem possidentis ita usurpare, atque gerere debent, ut is quieram uitam de & tranquillam in omni pietate & honestate.

Hic certe ministerijs fraternali charitatis & studij, per singulos cristianos priuatim, per ministros religionis publice, per piorum seruanda est, dissidia, sectionesq; & disciplinæ deprauatio & opus arcenda sunt & depellenda. Quæ & hæc ipsa tamen ministriæ temporis longinquitate deprauari possunt, ita quidem, ut falsæ et p; doctrinæ, & disciplinæ aliquando patrocinentur, & saepe eti; syncere sint, & syncere exhibeantur: oboris haeresibus, schismatis, aliisque Ecclesiæ perturbationibus emendari non possunt, nisi Dominus, qui solus istis uentis, & fluctibus imperat, eos uti ministerio dignetur, et id quod illi gerunt foris, ipse operetur in animis.

Ab hoc igitur uno, & per hæc sola, quæ diximus ministeria, &

Vnde religio- una hac, quā descripsimus, ratione adhibita, omnis fidei certitudi-
nis certitudo, religionis soliditas, pax & tranquillitas Ecclesiarū, dissidiorum omni-
& pax Eccle- um, & falsæ doctrinæ, atque perturbantis disciplinam concitationes
siarum peteda repressio, querenda & impetranda est. Ad quæ, uni summam in reli-
gionem & Ecclesiam potestatem tribuere, adeo nihil confert, ut et
eo ueluti fonte extrema, ut uiderimus, & doctrinæ & disciplinæ pena-
cies accerita sit, quando supremum in omnem doctrinam & actionem iudicium, uni Rom. Pontifici tributum est & assignatum. Haec
omnia qui recte consideret, dubitare non poterit, eam nos Latomos
tranquillandæ Ecclesiæ & certificandæ religio ni caussam adserre, que
utramq; & religionem, & Ecclesiam indubitanter euerit: & contra
quæ uera cauilla est, & religionis, & fidei firmandæ, & cōsensionis Ec-
clesiasticæ retinendæ, eam uos falso criminari, esse caussam heresim
& schismatum, perturbationisq; uniuersi status Ecclesiastici.

Sed uehementer opus est hac de re uere iudicaturis, ut totam mem-
tem in uerbum Domini, & in eas quas adduxi, similesq; scripturas
adeoque in totam & initio constitutæ, & subinde restitutæ religiosis
historiam, quæ in diuinis literis tradita est, desigant: ne uel paucitatis
& humilitate eorum qui ueritatem agnoscunt, uel multitudine & ex-
cellentia eorum qui ipsam oppugnant, perurbentur. Omnibus d

Vera religio nim sæculis multi uocati, & pauci electi fuerunt. Iam uero paucos
semper here- multis dissentire, atque in his rebus, quæ multis sæculis prope nemis
scos et schisma- ne contradicente obtinuerunt, schismatis omnino & prauæ factio-
tis criminis nis speciem habet. Ita enim fert sensus naturæ humanæ, ut quod plu-
accusatur. ribus placet, atque ab omnibus usurpatur, hoc minime repudiari
gibus, quæ sunt de religione, cauetur, ne quis aut acceptas a Patribus
ceremonias muter, aut nouas & peregrinas inducat.

Falsa religio Iam autem uis peccati originalis, tam potenter in hominibus
pluribus sem- pressatur, & Princeps huius mundi Satanus tam multorum excessu
per & diutius catentes, ut semper admodum pauci ueram religionem ample-
probata est. stantur, ac retineant. Inde sit, ut falsæ religiones, & pluribus ho-
minibus probentur, & diuturniore tempore obtineant, tam
priuatim quam publice. Initio humani generis maior natu, fallaciæ
religio

feligionem amplexus est, & uerā parricidio fratrī persequebatur. Abrahamū ab omni gente sua diuelli, & patriam oportuit uerē reli gionis causa deserere. Iuda cū Beniamin separati religione sunt a reli quis de cē tribubus, & apud hos tamē etiā uitiosa & depravata reli gio diutius, q̄ syncera floruit. His autem temporibus, quibus falsa religio sic apud Iudeos regnabat, quid aliud, q̄ Hæretici ac schisma tici iudicari potuerunt, illi qui sectabantur religionem synceram?

Hoc certe iudicium omnes prophetæ, Christus ipse, & Aposto li subierunt, condemnati schismatis & hæreseos, idque a summis Sa cerdotib⁹, falsis Prophetis, Scribis, Regibus, Principibus, Seniorib⁹, Ecclesiastico, tum etiā sapientibus omnibus Theologis, Iureconsul tis, & ab uniuerso populo, hoc est ab utroque magistratu, Ciuiili & Ecclesiastico, tum etiā sapientibus omnibus Theologis, Iureconsul tis, & ab ipsa plebe, denique ab omnibus, qui non erant in Christo re natu, iuxta illud: Ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mun dus. De hoc uero schismate, deque tali separatione a reliquo mun do, Apostolus magnopere gloriatur, uocans se ἐργον μύρου id est, sepa ratum ad Euangelion, idque ab utero matris. Hoc autem schisma, quoniam infinitos labores, & grumnas, quoniam ipsam crucem nō ignominia tantum, sed & necessitatibus perdendi animam in hac uita coniunctam habet, multis horrorem quendam & merum incutit. Hinc adeo fit, ut complures, qui persuadere sibi non possunt, & in a nimo adeo fit, ut complures, qui persuadere sibi non possunt, & in a nimo compræhendere, se tum demum uere dignitates, opes & ui ram seruare, quando pro gloria nominis Christi iacturam horum omniū faciunt, non constitant, neque perdurent in hoc pio schismas te, cum Prophetis, cum Christo & Apostolis, fit ut plerique ne accede re quidem, aut ex longinquō gustū aliquem schismatis adeo sancti percipere ausint: sed malint esse & haberet Catholicī, hoc est, ma lūt per uitam latam, & ample patentem portam sese dare cum multis præcipites in exitium, quam per uitam strictam, & portam angus tam enītū cum paucis ad uitam ueram & beatam.

Hæc uolui tibi Latome, item Pighio & alphonso & Colonensis bus deputatis respondere ad argumēta uestra, quæ scilicet a falso ias tata ueterum authoritate; ab exemplo prisci populi, perperam ins tellesto, a promissionibus & sanctionibus S, ministerij. Denique a n

Ordinariū
sacerdotiū cū
Potestate pub
ueram religio
nem ferē sema
per pro falso
condemnat.
Ioh. 15.
Rom. 1.
Gal. 1.

cessitate certitudinis in fide, & tranquillitatis Ecclesiastice, summis &
deducitis ad uestras probationes. Quod uidelicet ad cōmūnionem
Ecclesie sit necessarium, agnoscere & reuereri summum Pontificem,
ut uicarium Christi, cui summa sit tradita & commissa potesta sin re
ligionem, & in Ecclesiam uniuersam, a cuius iudicio si quis dilecto
pet, nec sententiae eius in omnibus obtemperet, a Christo quoque a
lienus existat.

CONFUTATIO SENTENTIAE
aduersariorum, De communione cum uul
garī ordine Sacerdotum.

Cum sacerdos-
tibus uulgo nō
cōmunicādum

QUOD ad reliquam communionem attinet, quam praefata
re nos uultis Episcopis uestris & sacrificis, in Ecclesiasticis mi-
nisterijs, sententiam uestram conamini probare una ha-
ratione: Ob uitia scilicet personarum non debere fastidiri, uel utari
sacra Christi ministeria. In quo rursus duo manifeste fallā sumis.
Nam constat uestris in plerisque functionibus suis Ecclesiasticis, non
Christi, sed **ANTICHRISTI** ministeria exhibere, quod paulo
post demōstrabo, cum de eo tibi respondebo, in quibus rebus com-
municandum sit Christianis inter se. Deinde, quoniam Deus præce-
pit, ut sancti sint & p̄i sacerdotes, & uetus aliquid habere commerci-
cum palam impure uiuentibus, & impie docentibus, profecto popu-
lus, qui malos & uiriosos mutare potest sanctis & p̄i, nisi effici-
mus, hic suum faciat, implicat se & inuoluit ipsorum impietati. Quod &
**Dif. 31. de co-
habit. Cler. et
Pontifices posteriores agnoscentes, ueterunt ne quis ullo blasphem-
mul. cap. ult. fornicatoris aut simoniaci ministerio utatur in sacris.**

Sed ut antiquiorera, ita etiam magis catholicam sententiam au-
di D. Cypriani,imo Ecclesiae Christi totius descriptam per Cypri-
num, nomine Concilij, ad Fœlicem presbyterum, & plebem consi-
stentem ad legione, & Asturice, item ad Aelium Diaconum & ple-
bem Emerite commorantem.

Notanda , , Nec sibi plebs blandiatur, quasi immunis a contagione esse dell
Cypr. ses , , Ati possit, cum Sacerdote peccatore cōmunicans, & ad iniustum
arque

atque illicitum præpositi sui Episcopatum consensum suum com^s, , , tertia, de
modans, cum per Oseam prophetam comminetur & dicatur censura , , , authorit.
djuina: Sacrificia eorum, tanquam panis luctus, omnes qui manus , , , te plebis
ducant ea, contaminabuntur: Docens scilicet & ostendens omnes o^s, , , Christi,
mnino ad peccatum constringi, qui fuerint profani & iniusti Sacerdos , , , in sacer-
tis sacrificio contaminati. Et paulo post. Propter quod plebs obsecr^s, , , dotib. dis-
quens præceptis Dominicis, & Deum metuens, a peccatore præposi- , , , gnis eligē
to separare se debet, nec se ad sacrilegi Sacerdotis sacrificia miscere, , , dis & in
cum ipsa maxime habeat potestatem uel eligendi dignos Sacerdos^s, , , dignis re-
tes, uel indignos recusandi. Quod et ipsum uidemus de diuina autho- , , , iijciedis.
ritate descendere, ut Sacerdos plebe præsente, sub omnium oculis de- , , ,
ligatur, & dignus atque idoneus publico iudicio ac testimonio com^s, , ,
proberetur. Hæc ille, quæ & clarissime hac ipsa Epistola demonstrat, , ,
per scripturas, & exempla cum ueteris, tum noui testamenti.

Pighius, ut et huius te admoneam pie lector, cauillatur de uerbo
assentendi, quo plerique Canones utuntur, qui uetant Sacerdotem
haberi, cuius ordinationi plebs non assenserit, & contendit ex eo, ple-
bi non eligendi Sacerdotes, sed tantum electionibus eorum assentis.
endi ius esse posse. Tu uero hic uides D. Cypriani Concilium, Eccle-
siae sententiam ita efferre, ut diserte scribat. Cum ipsa, plebs scilicet,
maxime habeat potestatem uel eligendi dignos Sacerdotes, uel in-
dignos recusandi. Ergo pie plebis est etiam eligere suos Sacerdotes,
idcirco diuino, quod ueteri populo per Mosen, & nouo per Apo-
stolos traditum est.

Sed ad rem: Communio Christi, nō potest exhiberi, nisi ihs, quos
licet habere pro Christianis, hoc est, qui Christo uere credunt & obe-
diunt. Episcopis igitur uestris, qui tanquam fideles Ecclesiæ ministri,
sagunt ea que Domini in Ecclesiastica administratione fieri prece-
pit, qui nullo in crimine notorio haerent, tali inquam criminis, pro-
pter quod a communione regni coelestis excludantur, teste scriptu-
ra, libenter communicare uolumus in omnibus, quæ ad Christi glo-

Sed qui uocem alienam, non ueri pastoris in doctrina, & myste-
rium Antichristi, non Christi adferunt in ceremoniis, item qui omne-

Quatenus co-
municare con-
ueniat cu uel-
gari sacerdo-
tio.

ministerium suum palā flagitiosa & conselerata uita contaminant horum communionem nisi fugiamus, Christi nos communione ipsi excludimus, manifestum eius præceptum præuaricantes.

Pag. 22.

Hic autem occurrit, Et quis te iudicem, inquis, constituit Pontificis, & fratrum tuorum? Quam uero non est Theologica hæc, immo ne Canonica quidem Latome, interrogatio? Non nos, sed Deus uero iudicat omnes, hoc nos sequimur, & eo, adiuti spiritu Christi, dijudicante discernimus inter uocem Christi & alienorum, inter homines & pueres arbores, inter uitam & spinam. Quid? an non uis dijudicare nos, inter eos, qui nobis uerum, & qui falsum Euāgelion adserunt, inter ueros & falsos Prophetas? Visne id quod de monendis atque ideo iudicandis etiam fratribus Dominus præcepit Matt. 18, nihil ad nos pertinere, cui tamen iudicio Canonicæ, subiiciunt etiam Pontifices & cunctos homines, ut dictum est.

Zizania tamen, de quibus mentionem facis, nolumus ita euellere, ut triticum offendamus: uerum ea tantum zizania, quæ commode tritici euelli possunt, et nisi euellantur, triticum præfocent, auferenda sunt nobis: & in hoc diligentes debent esse Christiani omnes: alios qui mala fidei sunt agricolæ, & peccant contra præceptum Domini: Tollite malum a uobis, quod scilicet manifestum est.

Ex his iam & illud perspicuum est, uos iniuriam nobis facere, cum criminamini nos communionem Christi scindere, aut eam non exhibere, cui debetur. Hæc sint uobis responsa de eo, quibus communicandum sit communione Christi. Nunc respondebo, quibus in rebus communicandum esse contenditis.

CONFUTATIO ADVERSARI

orum, ostendens quibus in rebus communicandum sit cum uulgari sacerdotio.

HAEC uestra, ut ante dictum, sententia est, Ch̄ianos necessario communicare debere cum omnibus, quos Papa inter Catholicos numerat, in omnibus ijs & dogmatis & ritibus, quos ille cum suis approbat. Nos uero contra alstringimus hanc communionem ad ea

Ad ea dogmata, & eos ritus, quos instituit & præcepit Christus uel
disertis præceptis, uel indubitate traditionibus per Apostolos, &
sacra scriptura certo conclusis. In alijs enim dogmatibus & ritibus
existimamus non esse necessarium, Christianos omnes inter se com-
municare, ut quæ non sint Catholica, hoc est, non semper & ubique
& ab omnibus in Ecclesia recepta fuerunt, adeoque nec ad religio-
nem per se pertinent. Quæ autem liberæ observationis res sint, dixi Pag. 132.

Rationem uero pro uestra sententia nullā uos aliam adfertis, Ratio pugnat
hanc, Regi Ecclesiam a Spiritu S. omnis ueritatis, nullius autē erro tum pro inue-
ris magistro: quicquid Ecclesia dogmatum uel rituum acceperit, eos tis hominum.
oportere a Christianis omnibus haberi sacrosanctos, et eis reuerenter 135.
comunicare debere omnes, quicunq; Ecclesiæ cōmunionem colere Pag. 147. 190.
statutum habent. Sed hoc argumentum antea solutum est, cum exs 198.
plicaretur, & quæ uere Ecclesia Christi sit, & quæ huic Ecclesiæ iure 198.

Sumitis autem quatenus doceat Ecclesiam Spiritus S. & regat.
eile patet si resolutur. Sic enim habet resolutus. Quemcunque co-
tum ac multitudinem hominum docet regitq; Spiritus S. is nulla in Resolutio pa-
re potest errare: & quicquid uel doctrinæ uel rituum eiusmodi coetus alogismi.
recipit, hoc omne tanq; a Spiritu S. profectum, Christianis omnibus
ritus S. Ergo quamcunque doctrinam, quamcunque ceremoniam hęc
uestra Ecclesia quoquis modo suscepere, eā oportet ab omnibus Chri-
stianis recipi pariter & obseruari.

Talis est uester paralogismus, cuius & Maior, & Minor propos-
titio sunt aperte falsæ. Maior, quia constat, & eos qui docentur & re-
guntur a Spiritu sancto, quamdiu hanc carneam molem circūferunt
sepe labi & errare. Id quod ostendimus supra in explicatione loci, de-
Authoritate Ecclesiæ: & in solutione argumenti uestri tertij. Quare Pag. 136. 137.
etiam si minorem uobis concederemus, doceri scilicet a regi uestra
Ecclesiam a Spiritu S. tamen non cōsequeretur, propterea omne id
amplectendum Christianis esse, quod Ecclesia uestra quoquis modo
in doctrinam, uel ritus publice admiserit, nam fieri potest ut humas
no errore,

10 errore, quedam admittat, quæ Spiritus ille alius non suggesterit,
sicut D. Augustinus queritur Ecclesiam suo tempore, multis & innu-
meris cōstitutionibus resertam fuisse.

tola ns. Minoris falsitas, ex tua ipsius Latome, definitione & confessio-
ne evincitur. Definisti enim Ecclesiam esse, quæ uacat uerbo Dei, hoc
est, ita uerbo Dei dedita sit, ut illud sequatur in omnibus. Ecclesiam
autem uestram, ut uos Ecclesiæ nomine abuti soletis, tribuentes illud
Quanta mala præcipue uestris Episcopis, Prælatis, & reliquo ordini sacerdotum,
Latomus in su ipse fateris non uacare uerbo Dei, quia fateris apud hos prolapsum
esse disciplinam, mores corruptos, uitam procerum & ministrorum
ordinis Ecclesiastici luxu, auaritia, ambitione inquinatam esse, Do-
ctrinam, partim negligi, partim loidide & impure tractari: ex quo
factum sit, ut concionatores indocti, absurdii, inepti habeantur in Ee-
clesiis: negligi curam animarum, & parochias deserfi, certari de oculis
beneficij: & calumniosarum litium, turpiumque nundinationum
in quaerendis sacerdotijs finem nullum fieri. Sed qui talia carnis ope-
ra faciunt, ut nullam partem in regno Dei, sic nec Spíritum Christi ha-
bent. Non docetur ergo neque regitur a Spíritu sancto uestra Eccles-
ia, hoc est, coetus uestrorum Prælatorum, qui nouas illas, & peregrina-
nas inuixerunt doctrinas atque ceremonias.

Ag. 193.194. Quæ iam de ipsis muneribus atque personis confingitis, tanquam
his doctrina Spíritus S. semper adesse debeat, utcunq; uiuant homi-
nes, qui munera & personas gerunt: hæc confutata sunt supra infor-
matione argumenti uestri tertij. Et ut Ecclesiam accipiatis pro uniuera-
so coetu eorum qui uestram religionis administrationem adhuc sequuntur,
inter quos indubie plurimi uere Christi sunt, & Spíritum Christi
habent, ostensum & illud supra est, Ecclesiæ Christi, ut Ecclesiæ, nihil
attribui posse, nisi quod sit consentaneū uerbo Dei in scripturis pro-
dicto: huic autem ea quorum a nobis cōunionem postulatis, aduen-
santur pleraq; omnia. Nequaq; ergo obrudere ea nobis ecclesiæ Chri-
sti nomine, eorumq; cōunionem poscere a nobis potestis. Hoc au-
tem quo magis perspicuum fiat, percurramus aliquot & præcipua do-
ctrinæ & instituta Ecclesiæ uestræ, quibus nos communicare debet
contenditis. Ea sunt maxime ista.

De summa

De summa illa potestate Pontificis Romani, de Inuocatione Di^s, Dogmata &
uorum, de Missis priuatis, & pro defunctis, de Poenitentia, & cōfessi ritus in quibus
one, de Coelibatu Sacerdotum, de Dispensatione dimidiati Sacramē cum uulgari
ti, de Excludendis Laicis ab omnībus Ecclesiasticis electionibus, & sacerdotio cō
iudicijs: de usu unctionum, & aliorum signorum: de Ceremonijs cē
teris, legendi, psallendi, precandi in tēplis: de Ieiunijs: de Monachatu.
lam uero, ut dogmata uestra, de Potestate uidelicet Ro. Episcopi: de
Coelibatu: de Inuocatione Sanctorum pugnant cum sacra scriptura
cumq; obseruatione ueteris Ecclesiæ, supra demonstratum est.

De Missis priuatis idem omnībus constat, qui quidem institutio: De Missis pri
nem Domini considerant, qua Cœnam suam ipse nobis commenda uatis.
uit, constat etiam ihs, qui ex scriptis S. Patrū traditionem Ecclesiæ de
usu huius ceremoniæ rite cognouerint. Ut enim Dominus ipse hoc
sacrum instituit, & celebrandum præcepit: ita Sancti Patres illud in
ueteri Ecclesia obseruarunt, adhunc scilicet modum. Sacrā Domini
coenam, nunq; nisi cum haberetur sanctorum coetus, & in uno coetu,
explicando mysterium Christi: sed & sacramenta præsentibus paris
ter dispensabant: deinde lectiones, & preces lingua populari habes
bant. Et si sacram Domini coenam peragebant tempore funebri, hoc
non ideo fecerunt ut ignem purgatoriū mitigarent, aut animas inde De Cœna Do
mini eriperent, (nam de tota hac re tum Ecclesia nihil nouit,) sed ut ex mini adhibita
celebrata memoria mortis & resurrectionis, ut ex ipsa corporis & in funeribus.
sanguinis Domini communicatione, quam in sacramentis percipies
bant, se consolarentur & erigerent in luctu, & ad pleniorem nouæ
uite meditationem excitarent.

Huic ritui ueterum, & Apostolicarū Ecclesiarum, quid uestræ
priuatae Missæ habent simile: imo quid non ex diametro pugnans?
Mysterium enim Christi Missifices uestrī tacent. Sacmenta solum
ostendunt, non etiam dispensant, ut Dominus præcepit, sacra omnia
sermone ignoto hominibus recitant. Et quod omnium est leterris
pernicioſissime deducunt impij quæſtus cauſa.

Et ut magis intelligent omnes, quam non modo sint noua, sed
Ee quam

Peruerſiſ
Missarum.

Lib. de abusi quam pugnant etiam cum obseruatione Sanctorum Patrum sacerdotibus Missae pro omnia, quæ in uestris Missis, & in reliquis etiam ritibus Ecclesiarum uestrarum admittitis, peculiari libro, si deus uolet, breui demonstrabo. Nunc ut uel unum testimonium tibi proponam, unde clare uidebo.

Homilia 18. . in 2. ad Co- rinthios. .

Nunc ut uel unum testimonium tibi proponam, unde clare uidebo. Nunc ut uel unum testimonium tibi proponam, unde clare uidebo. Nunc ut uel unum testimonium tibi proponam, unde clare uidebo.

Nos similiter omnes. .

Nunc ut uel unum testimonium tibi proponam, unde clare uidebo.

Nunc non sic, uerum omnibus unū cor =

Nunc ut uel unum testimonium tibi proponam, unde clare uidebo.

pus proponi- tur & pocu =

Nunc ut uel unum testimonium tibi proponam, unde clare uidebo.

lum unum. .

Nunc ut uel unum testimonium tibi proponam, unde clare uidebo.

Populus una offert. .

Nunc ut uel unum testimonium tibi proponam, unde clare uidebo.

Omnes unam orationem. .

Nunc ut uel unum testimonium tibi proponam, unde clare uidebo.

Omnes simili- tamus, in ijsdem iterum reuerendis mysterijs bene precatur sacerdo-

Nunc ut uel unum testimonium tibi proponam, unde clare uidebo.

ters salutamus. .

Nunc ut uel unum testimonium tibi proponam, unde clare uidebo.

Omnis popu =

Nunc ut uel unum testimonium tibi proponam, unde clare uidebo.

lius Euchari =

Nunc ut uel unum testimonium tibi proponam, unde clare uidebo.

stiā celebrat. .

Nunc ut uel unum testimonium tibi proponam, unde clare uidebo.

Populus lo =

Nunc ut uel unum testimonium tibi proponam, unde clare uidebo.

quitur cum sa

Nunc ut uel unum testimonium tibi proponam, unde clare uidebo.

cerdote. .

Nunc ut uel unum testimonium tibi proponam, unde clare uidebo.

Cum hac iam ratione & forma sacram Domini coenam celebrandi uere Catholica, tuipse uelim conferas monstra Missarum uestrarum. Quæ cum adeo palam repugnant instituto Christi, & omni observationi ueteris & ueræ Ecclesiæ Christi: uides ipse, quam non licet homini Christiano, adiungere se socium præuaricatoribus illis. Nihilo plus cum uerbo Dei congruit, & illa penitentia uestræ ratio.

Satis

Satis enim esse putatis, ut delicta quicq; sua sacerdoti fidesiter expos
nat. Interim de uera poenitentia per fidem in Christum excitata, dec;
certa uitæ emendatione, bone deus, quam nihil populus docetur.
Nulla quoq; uerae poenitentiae exploratio præcedit absolutionem,
ut oporteret, sed ita populus informatur, ut in externum illud opus,
confessionem uidelicet & absolutionem, & hypocriticā illam, quam
uocant, satisfactionem, oculos & animum habeat intentum, & ab
histantū dependeat, quasi res bene gesta, & certa cum deo facta iam
sit pacificatio, quæ quidem omnia palam sunt contra scripturam, &
Ecclesiæ traditionem de poenitentia, quæ in S. Patrum libris com
memorantur. Nos autem ne priuatam quidem rejecimus confessio
nem, sed ut uiuam peccatorum agnitionem & poenitentiam, quæ
ex fide in Christum nascitur, solidamq; uitæ emendationem adferat
requirimus, eamq; uerbo Dei excitare in animis hominum studes
enumerationem. quia enim Deus non poscit, nec nos etiam extors
quemus eam, satis esse putantes, ut ea quisque recitet in quibus
majori uel informatione, uel medicina, uel consolatione sibi opus
esse uidet. Absolutionem diligenter commendamus, uerum ita, ut
probe intelligatur, & fide Christi suscipiatur. In hoc igitur doctrinæ
capite cum uera Christi Ecclesia communicamus: uos autem miniz
me omnium.

Quod autē cōmunicare uobiscum non liceat in
dogmate de purgatorio, sic demonstratur. Nephias est, in Ecclesia De Purgato
rio.

Charisti, aliquid tam certum amplecti, quod certum nō est: fide enim rīo.
non dubia, sed certa Deo seruendum est. Quod autem sit purgato
rium plane dubia est opinatio. Constatre igitur non potest, qua
quis ratione ex eo liberef. Quod autem omnino sit incerta coniectu
ra, esse aliquid purgatorium, audi testem certum D. Augustinum,

Tale aliquid etiam post hanc uitam fieri incredibile non est, & us
trum ita sit, quæri potest, & aut inueniri, aut latere; non nullos fideles in questi
per ignem quendam Purgatorium, quanto magis minus ue bona ad Dulcium.

Ee ii tempore

tempore Augustini dubium fuit, modo certum esse non potest. Non pertinet igitur ad communionem fidei ac religionis nostræ, quæ certo Dei uerbo & traditione nititur, uel credere Purgatorium esse uel illas amplecti ceremonias, quibus singunt animas e Purgatorio liberari.

Quemadmodum autem & illud, quod ab omnibus electionibus, & iudicijs Ecclesiasticis piam plebem excluditis, aperte sic contra scripturas & Apostolicas traditiones, demonstratum est supra in loco de potestate Ecclesiæ, pag. 157. & duabus sequentibus. Vt si quidem unctionum & aliorum aliquot signorum peruetus est, haud quacumq[ue] tamen obseruationis ad salutem necessariae, quod uel Scholæ hodie fatentur. Iam cum necessaria hæc ad salutem obseruatio non sit, & omnium ceremoniarum hic usus esse debeat, ut pietatis seruantes, non officiant: cumque manifestum sit abusum horum signorum euauississe, ut plerique ex uulgo illis confidant, tanquam rebus que uia aliquam ad salutem nostram habeant, certe quod pius Rex Ezechias de serpente æneo, signo dato diuinitus fecit, idem facere possunt et debent Ecclesiæ de his quoq[ue] signis, praesertim cum ad abolendam falsam fiduciam & opinionem conferre aliquid ea res potest.

Reiectio laicorum ab electi-
onibus & iu-
dicijs ecclesiasti-
cis contra
præcepta Dei
& tradicio-
nies.
De uarijs si-
gnis.
1. Cori. 14.

Quantum ad cæteras pertinet ceremonias, in legendō psallendo precando in templis, longe certissimum est, uos nihil veterum Eccl[esi]æ institutorum retinere, sive specteris materiam, sive modum habrum rerum, sive usum linguae, sive grauitatem & religionem agendi. S. enim Patres hæc omnia populo Christi exhibebat ex diuinis lites pulari, & eo modo, ut ad pietatis incitamentum prodeissent. His autem omnia uos contraria facitis, plurima aliena & dissentanea a scripturis admiscetis, tantum enim Psalmorum, Lectionum, Prece cum accumulatis, ut ne religiosissimis quidem hominibus posibile sit, ea omnia cum attentione recitare, uel audire: linguam praeterea in his contra disertum præceptum Domini aliena usurparis. Denique impiam nundinationem in his, pro religiosa fidei ædificatione exercitatis. Perspicuum igitur est in his tam peruersis religionis exercitiis, communicare cum uestris sacrificis non licere nobis,

A qua

Acque aliena sunt a Priscæ Ecclesiæ instituto uestra falso iactata
ieiunia. Veteres enim Episcopi p̄is exhortationibus homines ad ea
prouocabant, non etiam pr̄cipiebant proposita poena peccati mor
talis. iejunabant usq; ad uesperā, quo tempore sacrum peragebant,
ut auditio uerbo Domini, factisq; precibus, item eleemosynis datis &
Sacramentis perceptis cibum sumerent, eumq; tenuem & minime
delicatum, nec enim aliud quam deliciarū discrimen faciebant. Cu,
iusmodi uero nunc sunt uestra iejunia, & quomodo seruantur notis
us est, quam ut describi debeat.

De uero monachatu dictum est in loco ubi tractatur de ordine Ec
clesiæ: Talem autem ubi uos præstatis? Ut eos agnoscamus esse mo
nachos, qui nihil aliud quam nomen ueræ monasticæ retinuerunt in
cæteris omnibus cum professione ipsa pugnantes, Christus ipse
prohibuit, qui ex fructibus iussit nos de hominibus iudicare, & cas
uere ab hypocritis. Sed quæ in his ritibus omnibus Ecclesiæ ueter
is obseruatio fuerit, & quā cum hac pugnet obseruatio uestra, pau
lo breui, sicut ante dixi, copiosius ostendam.

Tu quidem scribis, illa quæ commemorauimus, in quibus com
munionem Christi consistere contenditis, uestra noua dogmata & ri
tus, Monachatum uidelicet, item Primatum P̄tificis, Diuorum inz Pagina 24.

uocationem, Coelibatum Sacerdotum, sine calice communionem,
missam pro defunctis, & id genus alia fuisse in Ecclesia supra mille an
nos introducta a Sanctis Patribus, & nunc tāto tempore confirmata,
& in hanc usq; diem immota permanisse. Addis. Vos ne ea ferre
grauamini, q; non dico tulere tot Proceres, tot Heroës, tot lumina re
ligionis, sed introduxere in Ecclesiam, & cœlesti sapientia, diuina au
thoritate ad salutem multorum constituere? At qui ~~uiri~~ cōdo
strina excellentes, sapientia clari, pietate conspicui, sanctitate uer
tendi, quorum nonnulli non dubitauerunt pro Euangelij ueritate,
& pro Christi nomine, sanguinem suum profundere. Horum ne pie
tatem uos, horum doctrinam, horum autoritatem contemnere au
detis? Haec sunt uerba tua.

Sed nos iam demonstrauimus, nihil horum, uel dogmatum, uel
ceremoniarū, quæ reieciimus aut emendauiimus fuisse in Ecclesia an
Ee iij te mille

te mille annos, aut ab ulla suis introducta sanctis Patribus Ecclesiae proceribus, & luminibus: negamus ea quicquam ad salutem facere. Non igitur nos, sed uos horum lumen, & herorum pietatem, doctrinam, autoritatem contemnitis, summaq; ignominia afflictis, qui eos authores facere audetis talium, & tam absurdorum dogmatum & rituum. In medio sunt scripta illorum: in manifesto sunt, quae uos agitis: illa inter se conferantur, & iudicetur quod rectum est. Quanquam ex his per paucis locis, quae ex scriptis S. Patrum adduxi, quies abunde uidet, eiusmodi uestras glorias nihil aliud esse, quam inuenies uoces, ac nihil prorsus habere a rebus ipsis solidi.

Sed nec quicq; uos releuat paralogismus ille uester a non cauſata, tanq; cauſa connexus, cui perpetuo insitatis, hic scilicet. Si tam multa Ecclesia admisit uitiosa, que cum uerbo Dei, atq; traditionibus Apostolicis pugnant, consequit illa deſtituta fuſſe a ſponſo, & promiſiones ſponſi irritas eſſe: Id autem fieri non potuit: ergo noſtra non ſunt tam deprauata, & uitiosa q; contendit. At enim paulo ante diſiſimus non ſemper eſſe Eccleſiam Christi, quae le hoc nomine iactat.

Nec enim ſequitur, Errauerunt Pastores populi, & ceci duces eorum cum populum in multos errores induxerunt, ideo Ecclesia Christi ſic eſt in errores prolapsa, ut deſtituta dici poſſit a ſuo ſponſo, & inanes haberet promiſſiones, quibus illi ſpirituſum ſuumpollidit. At tu eſt Dominus.

Ecclesia Christi ſunt, qui uere credunt Domino: & promiſſiones Eccleſiae factae non pertinent ad eos, qui fallo Eccleſiae nomine feciſi etat, ſed qui reuera ſunt uiua membra Christi: Erat em̄ Ecclesia Dei uera in Israel, & eandem accepit nobiscum promiſſionem, Deum habitaturum inter eos, & gubernaturum eos ut populum ſuum: item decem tribus Israel, ab eo tempore, quo prium a domo Davidis defecerunt in idolatria perfeuerarunt, & perierunt tandem funditus. Ideo tamen non fuerunt irritae promiſſiones factae Iſraeli, ſed impletæ ſunt in septem illis millibus uirorum, qui genua ſua non uexerant coram Baal, impletæ ſunt in multis alijs, quos Deus quolibet tempore in fide uerbi ſui reliquos ſibi fecit, homines aliquando obſcuros, & alijs ignotos. Ad hunc modum & in Iuda plerūq; paruæ reu-

Ecclesia Iſraēlis
habet easdem promiſſiones.

Leuit. 26.

I. Regum

liquæ supererant, quæ adhæabant Dño, cū interim reliqua uniuersa periret in sua impietate. Nec enim, ut Paulus inquit, omnes qui sunt ex Israel, hi Israel sunt: neq; quia sunt semen Abrahæ, omnes filii sunt. Rom. 9.

Exclamas deinde Latome. Quidc inquiens, tantis temporibus erz rauerit Ecclesia: uerum Euangelion Christi, uerum cultum ignoras uerit, & sponsa Christi hæserit tam diu in adulterij complexibus? ubi est ergo spōsi fides? ubi indiuidua cōiunctio? Sponsa mea, inquit, co lūba mea, &c. Sed quid respōdet Deus Israeli per Osee? Expostulate Osee 2.

cum matre uestra, contendite: quoniam ipsa non est uxor mea, neq; ego sum maritus eius, auferat fornicationes suas a facie sua & adulteria sua ab uberibus suis. Admodum sane est mirandum, uos dos etos, & attentos homines, adeo contra omnem, non modo scriptus ram, sed ipsam etiam rationem, & sensum communem ratiocinari. Scribis enim: sponsa Christi hæserit tam diu in adulterij amplexibus? Vbi est ergo sponsi fides? Quin sic dicens, ubi est ergo sponsæ fides, quæ in adulteri complexus, & oscula furiose ruit? Non est Latona sponsus mendax, non est falsa Christi promissio: Deus semper uerax est, omnis autem homo mendax. Ea quæ in sponsam erat assumpcta fidem fecellit, promissiones Christi abiecit, & quoniam adulterari, fidemq; fallere non desit, repudiari a sponso suo meruit, immo ipsa ad reuocantem sponsum, reuerti noluit. Lege quæ de ueteri sua Ecclesia & sponsa Deus conqueritur per totum tertium cap. Iere.

quæ item, Osee, & Ezech. decimosexto, atque in similibus locis. Neque uero quia multi fidem abiiciunt, & fidem Christo datam perdunt, idcirco reiecit Deus populum suum, quē ipse sibi elegit, sed seruat hunc sibi, & extoto grege quos uult separat. Miseretur enim cuius uult, indurat quem uult, Regnumq; suum a gente, quæ frumentum eius non reddit, transfert ad gentem, quæ fructum eius reddere studet. Vocat non populum, populum suum, & nō dilectam,

dilectam suam.

Nobis in angulo occidentis cōmorantibus, quid amplius pro misit Christus, aut maius, quam reliquis populis ad orientem & Meridiem? Vbi iam pridem sunt florentissimæ illæ Ecclesiæ, Syriæ, Pa lestinæ, Aegypti, Asiacæ, Aphricæ? Si uastare illas Antichristus, &

Ec. iij funditus

funditus euertere potuit Mahumetica pestis: quod priuilegium sui
meritum officiumq; nostrum fingere possumus & opponeret, quo
minus & nos in similem calamitatem incideremus, qui tam diu uer-
bum Domini resecimus, qui tam multa commisimus non ignoran-
ter, quæ cum uerbo Dei, cumq; Apostolica traditione pugnare ex-
diametro: At nos, inquieres, nomen Christianum, Euangelium, Sac-
ramenta retinuimus, quæ per Orientem & Africam impura, &
impia doctrina Mahometi commutatae sunt. Deus autem Latome,
nec nominibus, nec externa doctrina, aut Sacramentis, sed fide & pi-
tate populum suum æstimat. Quod ut magis intelligas, Lege quo
Dominus contestatus est. Esaïæ 1. & Iohan. 5.

Subiçis hoc loco. Audi quid dicam Bucere: nihil enim dissimus
Io, si in tanta caligine, quantam uos dicitis, orbis Christianus tanto
temporum interuallo oppressus iacuit, si non Christi, sed Antichristi
regnum apud eos, qui nomen Christo dederunt, tanto tempore ua-
luit, estq; necesse omnino hæc nunc uertere omnia, quæ supra mille
annos in usu fuerunt, nouamq; doctrinam recipi, alienam ab ea, q;
sancti Patres, quam Ecclesiæ authoritas tradidit, non patiar me falli
diutius, nec uano Euangelij nomine decipi, sed facta falsaç; omnis,
quæ de religione prodira sunt, nomenq; Ecclesiæ commentitum
uanum absurdum atq; inane putabo.

Non orbis Christianus Latome, sed homines falso Christia-
num nomen prætexentes, ipsi in errore se præcipites dederunt.
non sunt oppressi tyrannie Antichristi, sed ultro se adixerunt ei.
Nec est necesse uertere omnia, quæ supra mille annos in usu fuerunt,
aut nouam doctrinam recipi, alienam ab ea, quam Sancti Patres, q;
Ecclesiæ authoritas tradidit. Noua & noxia irreligiosorum homi-
num inuenta commutanda sunt antiquis, & sacrificis Dei dogmas
Christi, quæ ante mille annos fuit ignoras? illos tibi simis imponeret,
qui quicquid semel in cōmunem abusum in Ecclesiis receperūt, ut
ad recipienda deteriora semper homines proniores sunt) id statim
Ecclesiæ Dei adscribunt, & insanis hominum fragmentis augulsum
Ecclesiæ nomen, & sacrosanctam eius autoritatē obtundunt. Lega
primum

utrum scripturas, euolue quæ S. patres de religione scripta reliquerunt,
expede in quo sita sit substâlia et uis Christianismi, quæ sit uere Ecclesia
Christi, quæ huius Ecclesie germana dogmata & ritus: Et tu iudica, quid
in religione nouum, aut uetus, quid probum sit aut adulterium.

Quia in re ut melius aliquid statuat, non nihil etiâ hoc tibi conferet, si
candido. Si ueri simpliciter cupido, et ab omni interîm offensione uacuo
animô legere & expendere uoles ea quæ hactenus exposui de Ecclesia
Christi, & quid illa sit, et quæ uera eius communio. Qui hominum cœ-
tus, uere dici haberiq; Ecclesia Christi possint, quæ uera Ecclesia mem-
bra, qui repræsentare Ecclesiâ ualeant: Qui cōtra hæretici sint, qui schi-
smatici censeri debeant: Quæ item sit Ecclesiæ autoritas, quale iudicium,
in quibus labi possit, in quibus non, quæ autoritas scripturæ, quæ tradi-
tiones Ecclesiæ, & quod illorum pondus, quæ authoritas Episcoporum,
quæ potestas Ecclesiæ, qui ordo. Tum etiam si pia mente considerares,
quæ ad uestra respondi argumenta de summa Pontificis Rom. Poteſta-
te, de irrefragabili religionis in Ecclesia iudicio, de uis spiritus sancti pro-
missa sacris mysterijs, de uera fidei religionis certitudine. Item & de cō-
munione cum uestro sacerdotio, & ceremonijs. Sed quomodo cunq;
hanc intelligentur, spem tamen habeo non exigua, multos
ueram nos Ecclesiæ communionem colere, & esse in
pertinent. Videbunt etiam homines pij, dum hæresim & schismata no-
bi obijicit, manifestam nobis iniuriam fieri. Sed iam ad ultimum locum
transib; & criminibus, quæ nobis exprobras respondebo, sed paucissi-
mis.

REFUTATIO CRIMINUM

Arrogantiae, Schismatis & Sacrilegii, quæ Latonius intendit ijs ordinibus Imperij, quos
Protestantes uocant.

DE Schismatis crimine, ut à medio sumā exordiū, iam dictum satis.
& demonstratum est, illud in nobis nequaquam hærcere. Tu qui-
dem ait Lutherum & nos ab Ecclesia defecisse, cōtemnere nos ueterem,
& nouam Ecclesiam condidisse: conari nos, nec audiere tamen aperte dī-
cere hanc nostram Ecclesiam esse ueterem, illam uero, quæ ante annos

P. ag. 20

Ff octin

Pag. 20.

Pag. 19.

Vera Ecl.
quid reijciat,
quid ample-
tatur.

• Ctingentes a' maioribus nostris obseruata fuit, nouam esse. Verum ad definitionem tuam respicias uelim, Latome. Vacare uerbo Dei, maxime proprium facis, & recte quidem non solum totius Ecclesie, quae uerbo Dei alitur & uis est: sed etiam singulorum fidelium, qui per uerbum Dei confirmantur in Ecclesia, & tanquam eius alimento sustentantur. De fera p:ura autem fateris, eam demum esse ueracem, nec posse mentiri, quae spista, & ad eius ueritatem, ueluti ad certissimam regulam debere omnem de religione doctrinam exigit.

Vera igitur Ecclesia, siue antiqua sit illa, siue noua, consistit & inheret præceptis Dei, quæ prodita sunt, per sacram scripturam: huic confitetur nearecipit & amplectitur, dissentanea reijcet & aspernatur. Idem & nos facimus, neç potes probrare quicquam a nobis contra fieri. Quomo do igitur audes tot milia, nō modo singulorum hominū, sed et Ecclesiastum, quæ Christum pariter nobiscum inuocant, insimulare canū criminis, contemnere nos uidelicet Ecclesiam ueterem, & condidisse nouam. Una celi & indiuīdua Ecclesia, sicut recte scribis, Hæc ab Apostolis & à patribus suis propagata, non in malos, uerum in bonos, quibus in hac uitâ misericordia semper admixti sunt: in eos, inquit, propagata fuit, ut ipse agnoscis, qui Christo Domino militant, non carni & mundo, hoc est, qui uiuunt & servient Domino secundum Euangelijs præscriptum, & Apostolicam traditionem. Tales enim sunt uera soboles & posteritas Ecclesiæ, in qua & nos Christo nomine dedimus, in eaq; beneficio Domini persistemus ad finem usq;. Iam si nos ab ea desecuisse uelis affirmare, ostendas necesse est, nos aut aliquid repudiare, quod traditum sit à Domino, prædicatum ab Apostolis, obseruatum à S. Patribus, ad religionem necessario pertinente, aut aliquid usurpare, quod diuinis præceptis, apostolorū traditionibus & patrum obseruationi repugnet. Huius generis aliquid de nobis proficer, & uiceris. Quandiu nihil eiusmodi proferes, ut certe nō potes, definc calumniari.

Proposui supra simile de societate bonarū artium, id uelim considerare Latome. Si quis, aut dialectices, aut medicinæ, aut legum peritus reputat, diet hominū imperitorum somnia, quæ solent admisceri, tu'ne hunc diceres a genuina tractatione harū artium defecisse, & notias arres introducere, sicut à Sophistis iactari solet? Absit hoc à tua eruditione. Advenit modum, si quis cum paucis honestas & salutares siue ciuitatis leges restitueret, & labes respub. à Tyrannis, uel oligarchis inductas, subma-

ueret cona-

AD VERSARIORVM.

227

vere conaretur, cum discedere dices a corpore ciuitatis, deserere ci-
ues, aut nouam ciuitatem condere. Sic igitur cum & nos nihil adferamus
nouum, nihil alienum ab iis quae nobis commendauit Christus, cum id
tantum spectemus, ut quae contra mandatum dei sunt inuecta, remoueantur;
ut quae dominus instituit & mandauit, restituantur, multum aber-
tas Latome, si nos, ut Ecclesiae desertores, aut schismaticos putas oportet
recondemnari.

Cognosce prius Latome, quae sint societatis Christianae propria, & In uulgari.
quae requirantur necessario ad communionem Christi: cognosce quae sint li- usu Ecclesia-
bera in Ecclesia obseruationis, & quam foeda sint labes in Ecclesiastica rum alia relia-
administratione, non introductae quidem a S. patribus, ut tu fallio persua- gionis pro-
deri tibi pateris, uerum inuecta, partim ab imperitis & superstitionis hominibus, partim ab iis
Hoc omnia postquam diligenter inuestigaueris, tum deum ad iudicari obseruationis li- beræ, alia nis-
dum accedas, & uideas, an inter catholicos Christi, & haereticos mundi numerati debeamus: an potius inter Catholicos mundi, & haereticos tiofa.

Quam enim esset infelix & misera Ecclesiæ conditio, si quæcumque Pag. 131. &
inconsulti & superstitionis homines, quavis uel temeritate, uel impietate sequentibus.
semel in usum Ecclesiarum inuechit, ea statim oporteret a Christiano o-
mnibus obseruari, etiam ut maxime constaret illa uerbo Dei plane repu-
gnare, uel saltu ad incrementum fidei nihil conferre, Deus bone, quam
effer servile, et a libertate Christi sanguine nobis parta alienum, si quic-
quid in aliqua Ecclesia, qualibet occasione usurpari contingeret, id ne-
cessere esset mox & reliquias omnes Ecclesias in usum suum admittere, e-
tiam si nihil inesset in eo, quod pietati conduceret. Habent hodie & Gre-
cae & Indicæ Ecclesiæ longe alios ritus, quam habeant uestrae, quæ Ro-
tibus uecti, uere Apostolicarum Ecclesiarum, quos apud Ireneum, Terrul-
lianum, Cyprianum, aliosq; legit, quantum deflexisti: quæ in contra-
riam partem omnia facitis. Iam non negabitis opinor, ueteres illas
fuisse ueras Christi Ecclesias, & uestris multo sanctiores. Itaq; si uariare
ceremonijs & ritibus est ab Ecclesiæ communione recedere, uos certe
pridem ab Ecclesiæ & probatissimæ quidem Ecclesiæ communione de-
sciuitis, & in schismatis crimen incurristis. In quo crimine utinam non
haereticis propter immutationem & refectionem earum rerum, quæ ne-
cessatio pertinent ad religionem Christi.

Ff ij Tu caus.

Tu cauſſas deſectionis noſtræ, tāquam defeciſſe nos ab Eccleſia coſtare, enumeras, impietatem, Tyrannidem, maliciam pontificum, & eorum qui pontificum haſtent creaturæ: atq; ſubijcis, hominum iſta eſte, non Eccleſia, non ordinis hierarchici uitia. Sed nos, aliud nihil quām hæc ipsa mala, & uitia, fugimus: nihil quod Christi ſit, quod Eccleſia, quod ueri ordinis hierarchici, detrectamus, uti ſupra abunde demonſtrauimus.

Pag. 23.

Addis nos Tyrannidem uocare ordinem Eccleſiaſticum, pontificiam potestatem: ſed neq; hoc nobis ſatis eſte, etiam antichrifi regnum appelle, quæſi Euangeliū ſit conuijſ cauſſam agere, & maledicere, ſi nō priuicipi Eccleſiaſtico, certe Epifcopo qui präſidet conſenſu orbis terrarum: ſeculiſ in Eccleſia, cui honorem deferre ſi dedignenir, ſaltem à conuertimelij lingua continere deberemus.

Pag. 155.

uſque ad Pag. 168.

Arenim, qui ſit ordo Eccleſia, & que potefas pontificia, ſupra tan-ſi ad edificationem fidei in Christum. Si quis igitur ordinem, aut potefat-tem ſuam conuerterit in pietatis & lidei perniciem, quod aliud nomē huc conuenerit, quām Tyranni & Antichrifi: Sed maniſtelum eft, Pontificem uerum una cū ſuis creaturis, persequi Euangelion Christi ferro ei-igni multo crudelius, quām quodus aliud flagitium, aut ſcelus Nō ſunt igitur conuiitia, nec contumelij in Epifcopos, aut in principem Eccleſiaſticum, ſed eſt ueritatis contestatio, & iudicij diuini denunciatio, dum hi Christi aduersarijs, & hostibus Euangelij tribuum eos titulos, quām ueræ ſacrae tribuant eis. Non eſt Euangelicum, fateor, conuijſ cauſſam agere, aut principi Epifcopo maledicere. Sed Tyranni ſunt, non Epifco-pi Eccleſiarum, qui oppugnat regnum Christi: nec uitioſum conuiitum aut maledictum haberi potefit, talis obiurgatio Spiritus Sancti, qui uoces eos hypocritas, hōſtes crucis Christi, ſerpentes, progeniem uiperarum, filios Diaboli, & Antichristos. Vrges præterea, dum rogas, an nobis impo-

An omnes im-pij à quingen-tis annis.

Pag. 23.

sint omnes qui hoc ſeculo noſtro, aut iam inde à quingentis annis uice-rūt in Eccleſia. Et addis duram eſſe, & improbam hanc uocem, ſi omnes intelligamus: ſin aliquos, aut certe plures, uideendum nobis eſſe, ne qua-temere, qui cum ipſi peccatores ſimus, alios iudicemus. De iudicio dicendum eſt ante agnos non noſtrum, ſed Domini iudicium in manifeſtis malis pro-

An peccator ferre & ſequi, ita ut Dominus illud präcepit. Si quis igitur aliud Eu-an peccatores in gelion adferat quam nobis tradiderunt Apostoli, hunc anathema, ſicut diuina pronunciauit censura, & habemus & pronunciamus. Ita, ſi quid

In his flagitiis & sceleribus palam deprehenduntur, ob quæ Paulus pronunciat tales nullam habere partem in regno Christi: rursus sententiam Spiritus sancti, qui uerat cū his aliquid habere commercij, sequimur, & atreuitamur, quanquam & ipsi cum peccatis conflictemur. Nec enim ceteri respectatis nostris hoc adiuvare debemus, ut iudicium Domini ullis de rebus taceamus, ubi id confitendum & prædicandum uenit: multo minus ut id peruerramus, id facientes bonum quod malum est, aut contra De Zizanijs, & quemadmodum eradicari uel relinquere debeat usq; ad messem, dictum estantea. Impios autem nec omnes, nec aliquos eorum iudicamus qui à quingentis annis uixerunt in Ecclesia, aut hodie in ea uiuent. Qui enim reuera in Ecclesia, hoc est in communione Euangeli^{Quid sentiens} Christi uiuant, omnes p̄ij sunt, cūq; his & nos Vnum in Domino sumus, dum de his qui nec unquam ab eis ulla in re, qua cōmunicare in domino liceat, recēsimus. sub tyranniae
Papæ detinens
tur.

Qui autem repudiato Euāgeliō, impurae & impia hominum commenta sectantur, hi non sunt p̄ij, quandiu in hac haerentie impietate, siue id faciuntur.

Unprudentes, siue imprudentes. Ab his ergo si non discederemus, ipsi in eadem cum eis impietate periclitaremur. Multos autem Dominus inducere in istis tenebris superiorum aliquot seculorum, a quibus in fide nominis sui mirabiliter conseruauit, & conseruat, ubi uidelicet euāgeliū prædictio tyrrannide quadam excluditur: etiam si illi per ignorantiam multa in ceremonijs cum uulgo faciant, que cum religione Christi consentanea non sunt. Sed nec ab his recessimus, quoniam in eadem fide Christi cum eius perseveramus. Vnum ouile, unum gregem agnoscimus: at eum, cuius pastor supremus, semper præsens obuersatur Christus ipse, non Pontifex in eorū grege consociamus nos ouibus, non hoedis: & eas oues, que ab hoc grege adhuc aberrant, expectamus, donec per pastorem adducte per fidem nobis adiungantur.

Id uos perpetuo turbat, quod communionem Christi metimini exterius, & non uera Christi fide, obseruatione eorum, que præcepit Christus: deinde, quod ritus omnes, quomodo uenq; sint introducti, ad communionem Christi necessarios ducitis, quod longe secus habet, ut abunde declarauimus.

In tractatu de Celibatu tribus nobis etiam odium quoddam in communem Ecclesiam uestram, & singularem a uobis dissentendi libidinem. Argumentum huius rei uis uideri, quod statim ubi quis euangelij doctrinam suscepit, & in ministrorum ordinem cooptatus est, etiam si prius inculpate uixerat, tamen quasi crimen sit cœlibatus, ad matrimoniū

*Cur mariti
fiant, qui an-
te coelibes ui-
xerant non
candidē iudi-
cat Latom.*

nium accedat: non libidine, ut tu opinaris, uerum ut multi interpretantur, odio quodam ueteris Ecclesie: ne si maneat in priori uitæ genere, non uiuat quidem honestius, sed idem sentire cum clero papistico, & Anna-

christi regnū approbare videatur. Postea subiçis: Pessima est hæc mens

uestra, si hoc facitis, plena odio, plena malevolentiae.

Sed cuius hoc est benevolentiae, cuius charitatis, uos in hanc parente de nostris cogitare. Cur non potius interpretamini hoc video facere uitæ castos, ut exemplo suo coniugij sanctitatem commendent, ut ex præse-
tibus periculis impuræ & flagitiosæ uitæ quam plurimos cipiānt, que-
bus uester coelibatus laqueum induit, et in nefaria scelerata proicit. Non
enim est candidi uel sinceri animi, cum alicuius rei multæ causæ esse pos-
sint, arripere statim deteriorem. Quanquam alioqui pium est & propri-
um ueræ dilectionis officium, animose perrumpere laqueos Antichristi,

cuius generis est coelibatus iste uester.

Hæc de crimine Hereticoꝝ et schismatis respondere tibi uolui, quorum
hæc est summa. Hæretici sunt qui sectantur aliquid a Christo alienum:
Schismatici qui in ihesu quæ Christi sunt, non cum omnibus Christianis
communicant. Nos autem nihil alienum a Christo sectamur, & in ihesu
bus omnibus quæ Christi sunt, & quibus communicare per fidem Chri-
sti licet, communicamus cum omnibus, qui se Christi esse confitentur.
Cas tancum res fugimus, quas Christus ipse uitandas esse præcepit: & eorū
homínium consortia declinamus, cum quibus habere aliquam com-
munionem Christus uetus. Non igitur competit in nos crimen Herete-
coꝝ, aut Schismatis. At uos, qui tam multa facitis præter, imo contra uer-
bum Dei: qui nos & uestris contuberniis excluditis, eo quod Euangeli-
um præscriptum insequimur, uidete num hæreticorum & Schismaticorum
crimina possitis euadere.

R E P U L S I O C R I M I N I S

Arrogantiae.

INtolerabilem nobis attribuis arrogantiæ, ut qui nullius homini,
quilibet docti & sancti, autoritatem recipiamus: qui scripturæ inter-
pretationem nobis unis non ueteamur adscribere: qui nostrum iudic-
um anteponamus omnibus patribus, quantumvis etiam claris ob erudi-
tionem.

tione & uter sanctimoniam, quorum nonnulli non dubitauerunt pro Euangelii ueritate, & pro Christi nomine sanguinem suum fundere. Horum enim nos scribis contemnere pietatem, doctrinam, autoritatem. Hic iubes me diligenter cogitare quid respondeam, & ut respondam quod dignum sit uero bono, pacis, ueritatis, & concordiae studio, qualem me multi praedicent &c.

Hoc ergo tibi respondeo. Fide Christi uiuendum nobis est. Fides autem solo dei uerbo nitor, hoc uerbum sola sacra scriptura certum nobis praestat, non ullus alius liber, non ulla traditio. Ad hanc scripturam omnia omnium, quicunque tandem illis sunt, & dicta & scripta sunt exigenda. Hoc ipsi patres ad unum omnes docent & praecipiunt. In rebus igitur pertinentibus ad religionem, & ad cultum dei, nullis hominibus, nobis ipsis uero minime omnium debemus credere: sed solo, adeoque soli scripturæ, in qua uerbum Dei certo & sincere propo-

stitum est.

Veautem genuinam & rectam uerbi dei sententiam assequamur, interpretationis donum, quod dominus uel in patres, uel in quoscunque alios contulit, non aspernamur: nullius sanctitatem, doctrinam, uel autoritatem contemnimus: paulo enim diligentius quam uos scripta S. patrum euoluimus & doctrinam eorum sequimur.

Certitudo de mente Dei à solo spiritu Dei.

Sed enim quoniam in his quæ fidei sunt doceri nos oportet diuinus (nam est dei uerbum, non hominum) haud dubie diuinum est beneficium, & ingens donum sancti spiritus, ut cognoscamus, an illud, quod nobis omnibus offertur et proponitur, sit reuera uerbum Domini: deinde ut rectam eius uerbi sententiam percipiamus. Itaque sicut paulo ante diximus, præter diligenter in scripturarum lectionem & collationem, præter sanctorum patrum & aliorum interpretationes, quas non negligimus, Deum patrem oramus etiam ut spiritum rectum largiantur, qui nobis ad ueritatem iter patefaciat. Quia in re quid obsecro inest arrogantia, quid fiducia propri ingenij, quis contemptus patrum, que coecitase. Ut intempestive in Lutherum exclamas: que inconstans est digna. Nullius quidem hominis, quantumvis docti & sancti, auctoritatem ita recipimus, ut præferamus eam uerbo Domini. Nam hoc est hominem antefacte Deo: & sanctis tribuere, quod ipsimet semper sumus deprecati.

Interim tamen nec nobis in nostra sententia blandimur ipsi, nec eam ut Euangelium admiramur, id quod tñ Lutherò, sed non citra iniuriam tribuis, cum ita scribis. Perfrica frontem Lutherè, & dic te uidisse aliquam in diuinis scripturis, quod isti non uiderint, aliquid existimasse ad uerum cultum, ad fructum Euangeli, ad disciplinam Christianam pertinere, quod isti non iudicauerint. Post ad me reuersus. Quod si, at, pro singula prudencia et doctrina tua uerum, ut iudicas, ita fateri uolueris, quid dices obsecro: Lutherum ne antepones tot hominum, tot seculorum auctoritatit: & aliquid ei in mentem uenire potuisse putabis, quod tantorum temporum interuallo, tot doctissimis, sapientissimisq; viris, tot Ecclesiis, orbisc; terrarum luminibus, non uenerit. Hic si tu quoq; Latome, ita uingenuum & bonum uitrum decet, uerum fateri uoles, facile agnoscet et multum intempestive & inciviliter hac inseruisse, cum nec ea quæ patres tradiderunt, nec quæ Lutherus, & nos de religione profitemur, unquam perlegeris.

Luc. ult.

Nihil enim est earum rerum, quæ ad uerum Dei cultum, ad fructum Euangeli, & ad disciplinam Christianam uere ac proprie perfruent, quod non in scripturis pariter uiderint, & ueteres, & Lutherus, alijsq; huius temporis ueri scripturarum interpretes & lectors omnes. Poenitentiam uidelicet & remissionem peccatorum prædictam esse in nomine Christi: in sacramentis atq; Ceremonijs, ea esse religiose faciente, quæ Dominus instituit, & omnia eo esse referenda ut fides in Christum, semper confirmetur in sanctis & augeatur; fides inquam, quæ fiduciam diuinæ bonitatis, & spem promissæ salutis certo concipiat, quæ Deum reuereatur & amet, quæ proximo dilectionis officium praestet, quæ carnis mortificationem, & obedientiam in suscipienda Dei mandatis exciteret. Complectitur & hoc tam Lutheri, quam nostra doctrina, quod in Ecclesijs ijsolum ministrare debent, & religionem procurare, quicquidientia & studio religionis inter alios maxime pollent, qui sunt sanctis omnibus ad ministerium expediti, atq; probati.

Hanc formam religionis & disciplinæ, eandem erit. Patrestradiderunt, & nos profitemur. Nec quicquam omnino proferes, quod S. Patres ut ad religionem Christi pertinens, tradiderint, quod non idem & nos doceamus. Coelibatum, Monachismum, & alia multa, quæ faciunt ad corporis abiectionem & castigationem, patres plaric; omnes plurim se cisse uidentur, & exaggerasse quam nos, quam ipsa scriptura facere uideatur, sed necessitatem tamen harum rerum temini, ut uos facitis, indecide-

vent, nec meritum aliquod illis assignarunt detrahens fidem, quæ debet esse in Christum. De Patribus loquor uerius in prioribus, qui usque ad tempus Augustini in Ecclesia extiterunt. Posteriora enim tempora plurimum a synceritate superiorum, degenerarunt. Nam Diuus Augustinus (cuius et iuxta memini) suo iam tempore repleta esse omnia humanis presumptionibus, & seruilibus oneribus, conquestus est. Si uelis sicutur Latome legere monumenta S. Patrum, & diligenter obseruare, quæ sic illorum de Religione & Disciplina Christi perpetua sententia, quas res illi inter officia ad pietatem necessaria numerant, tum etiam cognoscere, quibus in rebus nos pietatem cultumque Dei collocemus: nihil profecto, reprehendes inter nos & illos uariare. Sed fatendum erit, uestris sacerdotibus prope nihil superesse, quod cum doctrina & disciplina S. Patrum congruat.

His inquam uestris sacerdotibus, non etiam nobis, arrogantiae crimen adscribere debes, qui & scripturarum, & S. Patrum authoris tate contempta, noua prope omnia sibi finixerunt ipsi, quæ cum fastis literis, ac Patrum constitutionibus omnino pugnant. Quare non affirmamus uel Lutherum, uel nos ipsos aliquid in scriptura fastis agimus, quod illi heroes & lumina Ecclesiæ non uiderint; sed grater agnoscimus & fatemur ipsorum monumenta, præcipue uero D. Augustini, multum nobis adiumenti præbuuisse. Non anteponimus Lutherum tot hominum, tot seculorum authoritati: sed auctoritati Christi & uerbi eius, omnem humanam autoritatem postponimus.

Quod autem Lutherus, & alij quidam nostri saeculi scriptores, *Dona domini multa scripturæ loca non paulo melius, & clarius interpretati sunt, in explicandis quam superioribus aliquot saeculis factum est, hoc aliquando, cum scripturis offenditionem in nos tuam deposueris, & utriuscq; partis commenta; hoc seculo es fusa.*

Gg his

his nostris temporibus dominus effudit. Prius enim admoner^{nos}
uoluit, quam iusto suo iudicio nostram ingratitudinem & impia-
tem puniret, & admoneri quidē uoluit euidentissime. Mirabor, si
non fatearis ab Erasmo plurima scripturarum loca, non pauca eis
am de disciplina ecclesiæ, multo clarius esse interpretata, & in lucem
reducta, quam factum sit a plerisque ueteribus. Cum aliquando facta
leges, cum ueterum & recentium scriptorum monumenta diligenter
conferes, cum animum ad eam rem adseres ueritatis cupidum, lo-
berum ab offensione, uacuum ab affectu, studioque conseruandi et au-
plificandi uestris status, dubium non est, quin tunc, ut hominem gra-
tum decet, sis agnitus, & Lutherum, & Melanthonem, & alios com-
plures, insignem operam Ecclesiis hoc tempore præstissile.

Sed quodcumque tandem tibi uidebitur de dono interpretationis,
facultate explicandi scripturam, in qua nostro seculo non paucos
cellunt, certe omnia quæ ad religionem pertinent, intellecta sunt &
anima duersa, tam a ueteribus, & ab hodiernis, et intelligentia semper
eadem, qui pio studio scripturas euoluunt. Et de his quidē rebus ad re-
ligionē necessariis contendimus tamen, ac certamus; de cæteris omnibus
facile pacifemur cum Ihs, qui necessaria doctrinæ capita pri-
dē admiserunt. Constat ergo nos nihil sumere, nihil etiā tribuere
nobis, quod non ipsa Christi religio iubet quemlibet Christianum
sibi sumere, & attribuere, ut donum a Deo profectū. Constat etiam
nos in eo imitari patres, non contemnere, uel nos eis præferre.

Sed urges delectum, quem nos in scriptis S. Patrū faciendū dicimus.
Philippum accusas, quod in libello de Ecclesia censuravit
S. Patrum, & alios in hoc, alios in illo lapsos esse pronunciavit
nec quemcūp eorum, qui a mille trecentis annis fuerunt, quantumvis
bonus Ecclesiæ ciuis, integrum & sine nota dimiserit. Quo in for-
co mihi quoque dolum obijcis, ideo quod, cum non possim carere
armis, quibus tu pugnas, authoritate, ordine, & disciplina Ecclesiæ,
tamen id ipsum studeam dissimulare. Post & illud exprobras, quæ secundu-
m commoda mihi sunt ex scriptis Patrum excerptam, quæ secundu-
m ea silentio præteream, aut saltem non bona fide commemorem.

Primum de Philippo, deinde de me respondebo. Philippus non
dicitur.

Difficitur S. Patres uetusiores, in his quæ ad substantiam religionis *Philippus* in *R*
 pertinent, eadem omnino, quæ nos credidisse, & docuisse: Agnoscit *bro de Ecclesia*
 anim eos suis pios & Christianos doctores Ecclesiae Christi. Sed *pj doctoris*
 ut præmuniret animos eorum, quos uestri Sophistæ student in erro *officio functus*
 rem adducere, patrum authoritatibus falso obiectis, admonuit, qua
 fin religione scripta illorum legenda: & non tam notauit eorum la-
 plus, quam non satis cōmode dicta, quæ scilicet hostes ueritatis con-
 tra omnem S. Patrum sententiam, ad suam defendendam impietas
 rem detorquent. Id ergo *Philippus* pie & recte docuit, in eocq; securus
 est præcepta & exempla Patrum, quando cōmonefacit eos, qui Pa-
 trum libros legunt, ut de rebus fidei necessarijs animum suum ex di-
 uinis literis prius recte informent, & postea diligenter in ipis quoq;
 Patrum scriptis obseruent, quæ sit illorum perpetua de religione
 Christi sententia, non etiam arripiant aliquid separatim, quod quoq;
 uis loco, & quavis occasione, minus proprie illi scripserunt. Quod
 igitur talem in scriptis Patrum delectum fecit, quod alios, ut idem fa-
 ciant horitur, non debet ascribi ulli arrogantiae, uel confidentiae
 proprij ingenii, sed religioni, & officio profidentis doctrinam Chris-
 ti. Hæc de *Philippo*. Nunc de me.

Vrgerem te agnoscis maxime autoritatem, ordinem & discipli-
 nam Ecclesiae: nec leuia hæc arma esse putas contra hostes Ecclesiae.
 Addis, se non habere alia: si meliora sciam ipse, ut ea proferam, te il-
 lis mecum esse usurum, & æquo marte in certamen descensurum.
 Sed ne cpm habere alia, necq; his ipsis carere posse, tametsi dissimulas
 restudeam. Ad hoc respondeo, Primum quod urges autoritatem,
 ordinem, & disciplinam Ecclesiae, non reprehendi: sed ut prius certo
 cognosceres, quæ sit reuera Ecclesiae autoritas, qui ordo, quæ discipli-
 na, cuiusmodi sint istarum rerum inania nomina, & simulacra, ads-
 monui. Deinde profero meliora tibi istis armis: sacram uidelicet scri-
 pturam: his mecum utere imprimitis: tum suo loco utar tecum etiam
 illis armis, authoritate, ordine & disciplina Ecclesiae, sed quæ reuera
 sunt, non quæ dicuntur tantum, aut suco aliquo esse apparent. Utar
 autem his armis in gratiam tuā & eorum, qui sibi alioqui persuaderi
 falso patientur, nos plane nouam religionem inuichere, & diuersa

in omnibus a S. Patribus sectari. Quod, n. ad ipsam attinet doctrinam & disciplinam Christi S. literæ tantam copiam suppeditant in omnem partem, ut armis illis tuis carere omnino possimus.

Rogas deinde, cur nomen Augustini, Ambrosij, Chrysostomi, Cypriani, & aliorum roties audiatur in defensionibus meis, an non quia plus credendum illis, quam mihi putemus? Rogas cur allegem agitatur: cur S. Patres uocem & tandem exclamas, O miram conscientiam, frustra celatur uerbis, quod re ipsa dissimulari non potest. Quid autem celare tibi videor Latomus? iam paulo ante, & supra sum testa, nec id modo, uerum etiam affirmare non dubito, dominum edam hodie uelle uti ipsorum ministerio in prædicando suo Euangelio, & commendanda disciplina sua.

Sed in ijs rebus, quæ ad cultum Dei pertinent, credendum esse VNI DEO, VNI CHRISTO, non etiam S. Patribus, aut ullis hominibus, profiteor: Quanquam ad hanc fidem exuscitatum, Dominus, ut S. Patrum, sic etiam præsentium uti ministro dignatur, eorumq[ue] auctoritate hominum animos ad credendum suo uerbo commouet, ut supra ostensum est.

Pag. 151.

Quod uero scribis, me decerpere, quæ commoda mihi sunt, de Patrum scriptis, & ea quæ contra me faciunt, dissimulare silentio, vel non bona fide recitare, calumniam hanc esse dico. Nam excerpto, quæ faciunt ad commodum non meum, sed ipsius religionis, & eius questionis, de qua nego ciuilem est. Neque enim quolibet in loco sunt adducenda Patrum scripta omnia, sed qui me præterire dicunt ea, quæ contra me faciunt, aut non bona fide explicare, non sane manifeste falso sum dicunt, nec ullam poterunt proferre defensionem meam, in qua metale aliquid fecisse conuincit. Colonenses deputati, hanc & alias complures calumnias mihi struxerunt, sed falso & maliciose, ut in

Pag. 76. C.

79. C. 165.

Interim tamen profiteor, me non recipere indifferenter omnia Patrum dicta, quemadmodum nec tu, nec quisquam aliis. Nemce nimis id potest, nam pugnat multis in locis, & dissentient alterab. altero, & plerique etiam secum ipsi dissident. Quam multa enim retrahuntur D. Auf.

Durus Augustinus, omnium alioquin in explicandis dogmatis Christi scriptor certissimus: Dixi iam antea, quemadmodum recipiamus Patres illos uetusiores, Irenaeum, Tertullianum (ijs tantum excessus, quæ cum Montanis sentire coepit) Cyprianum, Hilarium, Athanasium, Epiphanius, Ambrosium, Chrysostomum, Cyrillum, in ijs Quatenus omnibus, quæ per se ad religionem Christi pertinet, & quæ ipsis, ut ne s. Patres recessaria ad fidem & disciplinam Christi tradiderunt, sed recipimus ut cipriani. testes, non ut authores sacrorum dogmatum, uel ceremoniarum. In his autem omnibus uos iam pridem illos omnino reiecessistis. In cæteris siue scripturarum interpretationibus, siue disputationibus e scriptura desumptis, siue in praceptis ad disciplinam uiuendi pertinentibus, eam regulam sequimur, quam ipsis nobis patres dederunt, ut ex scriptis eorum ea deligamus, quæ uerbo Dei maxime sunt consentanea, & ad instaurandum fidem plus conferunt.

Hic est pius delectus, non ut tu criminaris, irreligiosus dolus: nec **Quomodo** quicquid hic simulo me agere, quod non agam; non fallo pugnam, non **authoritatibus** pretiosas populo facio, neque omnium hominum **Patrum uter** autoritatem diuinæ non antepono: patribus dum contra abiicio, sed hominum autoritatem diuinæ non antepono: patribus dum contra assentior, sed quibus in rebus, & quatenus ipsis uolunt sibi credi, eos aduersarios. testimonium illorum reficiatis, nullam dicere caussam potestis.

Coelibatus quidem, ut paulo ante diximus, item Monachismo, & ceteris uiuendi rationibus, & operibus, quibus corpori aliqua adhibetur afflictio, Sancti Patres plerique omnes, posteriores etiam culsum, & suscepimus propter regnum Dei: uerum etiam monachatus, qui exemplum esset contemnendi mundum, & carnis domandæ, posuerunt: nullam præcipiebant necessitatem, nullum fingeabant meritum, sed gratia & merito Christi serebant omnia accepta, & fiduciam omnem salutis in uno Christo collocabant, ideoque certum est, eos & in his ipsis locis, contra uos, pro nobis pugnare. Nec enim res ipsas, uerum inania tantum simulachra rerum, & uocabula iactatis, & reuiritatis, & falsa earum rerum spe, fiduciam Christi in animis hominum grauiter labefactatis.

*Conditiones
certam. quas
offert Buce-
rue.*

Placet itaq; mhi tua illa conditio , cum ait , aut utere mecum armis omnibus , aut omnibus abstine . Scripturas debere primum & ultimum locum obtinere in disputationibus de religione , non ignoras , his ut amur communiter : deinde ut amur etiam omnibus , quae ad tempora usq; Augustini , uel a S. Patribus scripta , uel a Cœcilij de cunctis decretis sunt , quam conditione & Coloniensibus obtuli : Vbi in his pugnantes inter se , uel scripturarum interpretationes , uel sententias , uel sanctiones de doctrina , & disciplina Christi occurserint , regimur sequamur Patrum : omnia primum ad scripturam , deinde ad eam traditionem , quam constat primas ecclesias fuisse secutas , ex eius gamus , iudiciumq; de his faciamus .

Hanc si conditionem recipere , & ei stare uelitis , effugere non pos teritis , quin & uos ipsi tandem fareamini , & scripturam clamare contra Papistas , hoc est , eos , qui administrationem religionis , quam Pa tria comprobatur , sequuntur , & eisdem condemnari etiam , ab orthodoxis Patribus . Ideoq; nihil aliud restabit , quam , ut ipse scribis , euer tamus regnum Antichristi , & ruina eius in libertatem nos adseramus , non quidem carnis , sed Christi , quæ scilicet praestat , ut nihil cuiquam incommodetur , aut quicquam boni eripiatur : sed ut nihil sis Antichristi abominationibus , doctrinam & disciplinam Christi puram & tota amplectamur , & uera dilectione studeamus prodele omnibus , hoc est , non arcanum consilium artis nostræ , ut calumnia ris , sed manifesta nostræ religionis professio . Idq; uere gloriari in Domino possumus , nos non solum non dissentire a S. Patribus , sed eorum etiam authoritate posse nos iugulare omnes , quicunque nobis in doctrina Christi , quam profitemur , aduersantur .

In quo si me uanum existimas , age experiamur : coge , quoshabe reuos putatis hac in re instructissimos . Velo solus , fretus nō certe ingenio , non eruditione , nō facundia , nulla apud homines gratia sed sola honestate cauissæ , & promissione Christi cum tuis omnibus congregiar , idq; quod hic tibi recipio , iuuante Christo demonstrabo , nos eam adierere religionem , eam doctrinam & disciplinam , q; non scriptura tantum , sed omnes etiam priisci sancti patres docuerunt , & professi sunt , uesta autem pleraque omnia , ut per scripturam , sic etiam Patrum auctoritate damnari .

Illud autem quam imperite a te poscitur ut quia Patres frequenter allego, credam illis in omnibus. Hæc enim lex a nemine unquam recepta fuit. Sed de hoc ante satis multa.

Quod hoc loco Fabrum & Eccium mihi anteponis, quod ei collationi, tanquam ægre mihi facturus immoraris, quantum ad me quidem attinet, libenter hic totum tibi concedo, sed quod ad causam Christi pertinet, utinam posses nominare doctiores, utinam das return nobis facultas defendendi contra illos causam Christi, coram graui aliquo, & religioso auditorio, sed & coram ipsis externi impesi principibus, & magistratibus; tunc uerum esse cerneret, quod Dominus suis promisi: Ego dabo uobis os & sapientiam, cui non posse LXXXII. terunt contradicere, nec resisterem omnes aduersarij uestrj. Quales, quales enim sumus, agnoscimus nostram imbecillitatem, cum ingenui, cum eruditio nis, nouit autem Christus Dominus inspector cor dium, nos in hac omni caussa nihil aliud, quam ut ipse cognoscatur, & eius regnum obtineat, querere & spectare. Quare non deerit nobis, etiam si per infirma organa negocium hoc agatur.

Sed mirum est, quod Erasmi manibus, de literarum studijs tam præclare meriti, tantam uolueris facere contumeliam, ut cum Fas

bris eum connumerares, & Eccijs.

Sed ad rem, cum ad iustum controversiarum collationem uos prouocamus, illic iudicem poscitis: ibi cum nos iuxta præceptum Spiritus Sancti, & secundum exempla Apostolorum ac sacram omnium affirmamus, quemlibet Christianum, & quemcunq; coetum Christianorum per se iudicare debere, idq; secundum Sacram scripturam in hac caussa, statim a scripturis & earum luce conanimi abducere homines in tenebras falso nom in aetate Ecclesiæ uestræ: quam cum nufquam ostendere potestis, nec illum eius certum librū proferre, tandem ad Pontificis potestatem & scrinium pectoris eius misserum populum auocatis.

Vt autem a scripturis, & a perpetua luce facilius in uestram confitentia Ecclesiæ & sedis Pontificiae caliginem abstractantur, tria crimina 8. literis impingitis, obscuritatem, ambiguitatem, & non sufficiensem præceptionem, quæ sane grauissima est contumelia in spiritum

De iudice Eccl
clesiasticar
discepitione
num.

1. Cor. 14

D. scripturam Sanctum, datorem & siontem perennem omnium & artium, non esse & linguarum. Hæc enim crimina ne in illo quidem scriptore, tales obscuram aut rabilia esse putantur. Sed spiritus sanctus ipse de sua scriptura tellas ambiguum. 2. Timoth. 2. Hæc si uera sunt, ut uera esse oportet, iam certe nec Sacrae scripturae quicquam salutarium præceptionum deest, nec est aliquid in ea uerba obscurum, uel ambiguum. Nam per quæ oportet omnia alia doceri, & comprobari, hæc ut maxime sint certa, et dilucida, necesse est. Itaque spiritus sanctus ipse testatur scripturam suam omnium esse clarissimam, & certissimam, & præcipere etiam abunde, quæ ad pie beatitudinem uiuendū conserunt. Tu contra dicas, eam esse obscuram, dubiam, & mutilam. Quid iuris? obsecro, utri credemus?

Pag 19. C 24

Quin etiam studies probare hæc quæ scripturæ crimina impingis, & quantum ad obscuritatem pertinet, adducis primū authoritatem Divi Petri qui testatur in Paulinis Epistolis, quædam inesse difficultia intellectu, deinde cum autoritate Patrum ipsam quoque experientiam in testimoniu adhibes. Audes enim scribere: fateri hoc, quæ cunctæ sana mente sunt, scripturam uidelicet obscuram & ambiguum esse. Postremo affers exempla quorundam, qui scripturas varie & depravate intelligunt.

Quantum ad authoritatem Petri, dicit *Ad Cor. 14. 37.* hoc est quædam inesse intellectu difficultia, nō dicit obscura aut ambigua: tum additum quæ imperiti & instabiles peruerunt, sicuti & reliquas scripturas. Est enim non difficilis modo, sed etiam impossibilis intellectu S. scriptura (ut saepe iam diximus) uerum ih̄s qui spiritu Christi nondum donati sunt: qui autem hunc spiritum acceperunt, his omnino patet, & conspicua redditur. Nō enim tectum Euangelium est, nisi in ih̄s, qui pereunt, ih̄s autem qui saluantur, est lux uitæ.

1. Cor. 14.

Vnde multa
in scriptur.
obscura sunt

Insunt quidem scripturæ multa loca, quæ partim propter imprimitiam linguæ partim propter ignoratam historiam tam rerum naturalium, quam eorum quæ gesta sunt per homines, intelligi certe sensu non possunt; uoluit etiam Dominus, plerisque in locis scripturae studium nostrum acuere. Interim tamen, quæ ad salutem nostram

& ad perfectissimam uiuentem conferre quicquā possunt, ea in plurimis scripturarum locis tradita sunt, & explicata, clare, certe, & copiose. Hoc res ipsa fateri cogit, & libenter agnoscunt omnes p̄ij. Idem precat. Nobis unus nunc sufficiat Augustinus. pr̄sertim in ijs libris, in quibus doctorem Ecclesie formans, rationem & uiam ex professo tradit, doctrinam Christi quam optime & descendit & docendi. Hic igitur secundum libro de doctrina Christiana cap. 9. ita scripsit.

In his inquit, quæ aperte in scripturis posita sunt, inueniuntur illa omissiones, quæ continent fidem more sc̄p̄tū uiuendi, spēm scilicet & charitatem. Et cap. 6. Eodem libro. Magnifice igitur & salubriter spiritus sanctus ita scripturas sanctas modificauit: ut locis apertioribus fami occurreret, obscūrībus autem fastidia detergeret. Nihil enim fere de illis obscuritatibus eruitur, quod non planissime dictum alibi reperiatur. Hac ille. Ita prædicat de scripturis authoritas S. Patrum. Nihil prorsus est, quod scriptura doceant, hoc est, nihil quod ullo modo ad pietatem faciat & salutem, quod non plurimis, apertis & claris locis copiose tradat, etiamsi ea in plerisq; locis, nō tradat tam plane uel simpliciter: quibus scilicet locis Deus uoluit & excitare studium nostrum, & admonere nos in scientiæ nostra, & exercere animi moderationem. Sic senserunt de claritate et certitudine scripturarum S. Patres, quos si non sana mente fuisse dicas,

Quæ ad salutem necessaria sunt omnia uel clara uel alias expressa sunt in script.

Latomiratio
ocinatio de scripture ob
scuritate.
Valde etiam indigna uiro eruditio est hæc tua ratiocinatio: Scriptura est in aliquibus locis obscura, ergo est obscura: & adeo quidem, ut illud quod unice profitemur, disci ex ea non possit, quomodo scilicet coledius sit Deus: nec minus commoda sit ad persuadendum falsam, quam ueram religionem, ut quæ sit instar nasi cærei, quemadmodum Pighius non uero loco blasphemat.

Sed adducis exempla eorum, qui cum docti in scripturis habeantur, eas tamen non eodem sensu acceperunt. Inde concludis eas esse obscuras & ambigyas. Ethic certe accidentis paralogismus, alienus est tua eruditio ne. Quam enim multi Platonem, Aristotelem, Leges, Ciceronem, aliosq; summe disertos & perspicuos authores uarie intelligunt: quam multi eos plante non intelligunt. Dicas ne propterea nihil posse certi ex his auctoribus disci: aut esse illorum scripta obscura & ambigua?

Adducis locum Iacobi, quem aliter, ut aīs, Roffensis, aliter Lutherus

Hh interpres.

interpretatus est. At tu ipse eum locum inspice, uidebis nihil in eo inesse obscurum, nihil prorsus ambiguum. Confitemini, inquit, inuicem peccata, & orate pro uobis mutuo, ut sanemini. Quis hoc præceptum pio animo legit, qui non intelligat, hoc dici, si quando peccauimus, ut errata nostra inuicem agnoscamus: & ut Deus condonet illa, meritasque poenas a nobis auferat mutuo oremus. Si iacob Roffensis uel alius quispiam uel hoc ipsum detorquere ad probandam necessitatem confessionis auctoriaris, & de eo rixetur cum ijs, qui planam & simplicem sententiam amplexuntur, hoc incommodi imputetur falso & contentioso interpretatio non Apostolo, qui clare & diserte proposuit, quod uolebat.

Sic habet & locus Malachia quem citas, in quo tametsi metaphora inest, tamen si uerba haec ipsa prophetæ, & alias scripturas consideres, quæ scilicet de oblationibus Christianismi expresse loquuntur, & hanc incensi atque oblationis translationem explicant, nullo negotio intelliges quid uelit propheta.

Ille enim cum dixisset de refractione gentis & religionis Iudaicæ, subiecit. Nam ab ortu solis, usque ad occasum eius magnum nomen meum inter gentes, & in omni loco adducetur incensum nomini meo, atque oblatione munda, quotiam magnum nomen meum inter gentes. Quis iam haec legat, uel mediocriter in scripturis uersatus, qui non intelligat, hic promulgat fam esse in primis prædicationem Euangeli, per quam Deus ubique terrarum agnoscetur, & magnum fieret nomen eius inter gentes, denude etiam fructum huius prædicationis, fidem scilicet et confessionem, id est eo quod prædixit futurum, ut incensum & munda oblatione nomini eius offerretur in omni loco, non in Ierusalem tantum ut antea lex iubebat. Constat. n. has uoces, incensum & oblationem non accipi simpliciter. Vt enim horum symbolorum in Christianismo desint, Quam facile uideat aliquis intelligenda esse per incensum & mundam oblationem, sacrificia Christianorum, inuocationem, confessionem & laudem nominis diuinæ, cum qua semper coniuncta est nostri ipsorum ad omnem uoluntatem Dei consecratio, gratias erga Deum animi, per officia dilectionis, & misericordie in pauperes declaratio. Hæc esse Christianorum propria sacrificia testantur prophetæ, & Apostoli, quod uel ex his locis potest abunde cognosci Esaïæ. 1. & 66. Ieremiac 7. psal. 50 & 51. Ro. 12. & 15. Philip. 4. 1. Pet. 2.

Oblationes Christianorū.

Veteris Mis- seratio.

Quia uero in sacra Synaxi Eucharistiae haec Christianorum sacrificia omnia simul exhiberi debent, & nominatim ex primo Apostolorum instituto

instituto fideles ad mensam Domini semper afferebat eleemosynas, que distribuerentur inter pauperes, de hac ipsa oblatione inuocationis, cōfessionis, laudis, eleemosynarum, quae omnia in sacra Synaxi offerebantur, veteres pleriq; & inter hos etiam Ireneus uaticinium Malachia in obla-

Lib. 4. cap.

• 32.

tionis Eucharistiae impleri scripserunt.
Quod autem Eccius & Sophistæ alij hūc locum eo detorquere conantur, ut probent, Sacerdotem in Missa offerre patrī filium, uere mundum & purum sacrificium, eoq; opere Missificis expiari peccata, cōciliari Dei benevolentiam, hoc illorum peruersitatē non uaticinij ambiguitati uel obscuritati debet attribui. Nam oportet impleri illud petri, quod homines imperiti et instabiles peruerunt Scripturas.

Certe nec S. Patres illi prisci, nec iſa quibus uestri sacrifici pleraſq; prestationes in suis Missis etiamnum habent, sed nec Canon illorum in aliquot locis, uerbum oblationis in Eucharistia, de oblatione Christi intellegunt, sed de ijs portius oblationibus, quas modo commemoraui. Ireneus enim loquens de his ipsis Eucharistiae oblationibus, de quibus Mala

Lib. 4. cap.

34.

chiae uaticinum adduxerat, ita scribit. Non sacrificia sanctificant hominem, nō enim indiget sacrificio Deus, sed conscientia eius qui offert, san-

Quæ oblatio
Missæ.

ficit sacrificium pura existens. Hæc ille. Quæ ut conueniant Christo, qui se patrī hostiam obtulit ut, sanctificaret nos & omnia, quis non uideat? Cyprianus scribit in libello de eleemosyna, alloquens matronam Christianam uenientem ad sacram coenam sine oblatione. Locuples & diues dominicum celebrare te credis, quæ carbonam omnino non respicis, quem pauper obtulit, sumis. Christiani enim offerebant ad sacram Eucharistiam in dominicum sine sacrificio uenis, quæ partem de sacrificio, quod pauper obtulit, sumis. Cliristiani enim consecrabatur ad Eucharistiam: reliquum distribuebatur inter egentes fratres. Inde est & illa precationis forma, quæ apud uos, nomine Secretæ legitur in Dominica 5. post Trinitatem. Proprietate Domine supplicationibus nostris: & has oblationes famulorum famularumq; tuarum benignus assume, ut quod singuli obtulerint ob honorem nominis tui cunctis proficiat ad salutem.

Obserua hic, quod dicit sacerdos. Oblationes famulorum, famularum que tuarum: & quod singuli obtulerint. De his oblationibus & pleraq; canonis uestri uerba loquuntur. Hæc uero si Sophistæ uestri, scriptura rum & omnis historiæ imperiti inuertunt, & in alienum sensum detorquent, ideo tamen obscurum non est, aut amphibolum, quod docent divisiones literæ, quod scripserunt S. Patres, quod loquitur Ecclesia.

Hh ij Obij.

Obīc̄is deinde illud Domini, (hoc est corpus meū) quod aliter à Lutherō, aliter sit ab Oecolampadio interpretatum. Hanc controuerſiam, ut utinam tam multi haberent perspectam, quam multi eam tractarunt, Lutherus, quod Dominus diserte dixit, se hic suum corpus dare, & uero, illud ipsum uide licet quod traditum est pro nobis, intellexit: Huic scilicet Oecolompadium non quidem contra sensisse, uerum hoc contendit, nam in se non esse id ipsum, quod corpus Domini Identice (quod nec Lutherus unquam affirmauit) sed symbolū corporis Domini, id quod Diuinus Augustinus ita interpretatus est, nec quisquam id negat: modo interficiatur id, quod & Oecolampadius sensit, & confessus est, exhiberi sciēt hoc symbolo reip̄sa corpus Domini, non panem tantum, inane frumentum. Sed esto. Sint qui & h̄c locum depravent: ideo ne obscuram esse dices uerbum Domini, & non potius obscuram mentem, quæ claram & plānum locum falso sensu obnubilat?

Sic res se habet & de illo loco. Tu es petrus & super hanc petram adest Ecclesiā meā. Et si enim ipsum Petrum, petrā hic uocauerit, intelligas, Vt pleriq̄ ueterum hunc locum intellexerunt, quis tamen, es Petrus & aliquo pietatis sensu praeeditus, non agnoscat, id petro solum posse comprehendere, quatenus in Christū respiciens, unicū Ecclesię fundamentum & caput, eo solo nitebatur, & alios prædicatione Euāgeliū seruabat. Quod enim ad personam eius attinet prīuatim, mox ubi sensum & effectū carnis, non patris revelationem secutus, Christum à subeundo supplicio derhortaretur, dictus est Sathanas à Domino. Siue igitur Petra hac, supra quam Ecclesia ædificatur, petrus intelligatur, ut primus scilicet Christi confessor, Euāgeliū prædictor, siue fides ipsa & confessio Petri: siue Christus denigā Petro creditus & confessus, ut hunc locum Patres uestrie enarrant: tamen iste omnes interpretationes apud omnes uere possunt in eo conuenient, quod nullum aliud fundamentum Ecclesię esse posse quam Christus ipse, quod nihil tale uel Petro, uel cuiuis alij conuenit, nisi quatenus in h̄c Christo per fidem, Ecclesiam eius, confessione sua & Euāgeliū prædicatione amplificat.

Sic multa sunt in scripturis loca, quorum et si unus aliquis sensus non stat patet, tamen adeo sunt clara, ut nemo plus aliud quicquam, ex illis, quam quod orthodoxum est, elicere possit. Qua de re audi, quid D. Augustinus scripsit lib. de doctrina Christiana lib. 3. cap. 27,

Quando autem inquit, ex eiusdem scriptura uerbis non unū aliquid sed duo uel plura sentiuntur, etiam si latet quid senserit ille qui scripsit, nihil pote-

nihil periculi est, si quodlibet eorum congruere ueritati, ex alijs locis san-
ctorum scripturarum doceri potest: id tamen eo conante, qui diuina scruta-
tatur eloquia, ut ad uoluntatem perueniatur autoris, per quem scriptu-
ram illam sanctus operatus est spiritus: siue hoc assequatur, siue aliam
sententiam de illis uerbis, quæ fidei rectæ non refragatur, insculpat, testi-
monium habens a quoque alio loco diuinorū eloquiorum. Ille quis-
pe author in eisdem uerbis, quæ intelligere uolumus, & ipsam sententi-
am forsitan uidit, & certe Dei spiritus, qui per eum hæc operatus est, eti-
am ipsam occurserat lectori uel auditori sine dubitatione præuidit, imo
ut occurreret, quia & ipsa est ueritate subnixa, prouidit. Nā quid in diu-
ni s eloquij largius, & uberioris potuit diuinitus prouideri, quam ut eadē
uerba pluribus intelligentur modis, quos alia non minus diuina conte-
stantia faciant approbari, Hęc ille.

Ex his perspicuum est, non testimonij modo scripturarum sed etiam
8 Patrum, nihil prorsus in scripturis tam esse obscurum aut ambiguum,
ut ex eo non possit pia sententia percipi: Perspicuum est etiam ea, quæ
ad religionem propriè pertinent, adeo clare & copiose esse tradita passim
in scripturis, ut nemo ueri studiosus, amansq; dei possit ignorare quic-
quam rerum, quæ sunt ad salutem necessaria.

Sed dices, Quis uero coercedit scripturarum depravatores, quis litem
inter bonos dirimet, quando dissentiunt? Responsum ad hęc est supra in Pag. 202. inde.
Pontificis, Summa uero responsionis hæc est. Scriptura tradit ea omnia, Ratio concie-
que ad religionem per se pertinent, tam abunde, tam certo & perspicue,
ut de his inter bonos lis nulla uel dissensio possit oriti, De ceteris rebus liandi inter se
& difficilioribus scripturarum locis p̄j homines sibi inuicem libenter ce sententias bo-
dunt. Nam & si ex singulis locis easdem singuli sententias non percipi-
unt, omnes tamen piam aliquam sententiam sibi desumunt: deinde in
his variantibus & p̄j sententijs, alter alteri libenter desert & cedit, ut eti-
am inter dissidentes sententij, nihilominus sincera perstet cōsensio cha-
ritatis. Et si quis præoccupatus à Satana, & fiducia carnis suæ fretus, pra-
mam aliquam sententiam ex aliquo scripture loco, uel configat ipse, uel
obtrudi sibi ab alio patiatur, monitus a fratribus uel singulis, uel uniuersi-
tate, hoc est, ab Ecclesia, facile deserit errorem, & accedit rursus ueritati: Roman. 14.
& si id non illico fiat, qui fide robustiores sunt, infirmiores in his humani
ter tolerant, donec in uiam reuocentur.

Mali sicut spiritu Christi uacui sunt, ita nihil in scripturis recte pos-
Hh iij sunt

Et mali com sunt intelligere: qui postquam semel & iterum fuerint admoniti frustra pescendi. *mittendi* sunt, ut Paulus præcipit. Si blasphemare præterea sana doctrina, & seducere ab ea homines non desinant, cōmunicione fidelium ejici debent, & fideles contra infidelas illorum, sana doctrina muniendi sunt. Quod stilli non deterreantur à circumueniendis fatisibus, & doctrinam Christi iustificanda, tum etiam pitorum principum est & magistratum coercere.

Quæ ratio compendi lites & contentiones etiam in alijs dissensib⁹ obseruantur, nec est alia, qua inter homines dissensiones tolli querant. Siue enim de præceptis & sententijs bonarum artium, siue de iure rerum ad præsentem uitam pertinentium disceptatio sit, id primum inter bonos viros datur opera, ut quisq; ratiōnes suas habet, siue ueritatis, quæ sequi uidetur, siue iuris, quod sibi esse credit, in medium adferat, & studeant dissidentes ipsi alter alterum informare, & ad eandem sententiam deducere. Quod si non succedat, conuenitur aliquis arbiter uel iudex. Si neque huius sententia possit satisficeri utriq; parti, & res de qua agitur, sit talis, ut cōcedere eā, non sit contra officium pīj hominis, tum si sit is, contra quem pronuntiatum fuerit, ut bonus, dei q̄ timens, aut cedit humanitatis, & cōmuniſ charitatis cauſa, de sententia aut iure suo, & acquiescit iudicato, tametsi non agnoscat adhuc recte contra se pronuntiatum esse. Si uero res aut sententia controversa sit talis, quæ inoffenso Deo concedi uel dissimulari non queat, confitetur nihilominus contra quem fudicatum est, moderate fidem suam, prosequiturque officium suum, quantum omnino potest. Si impendet ei præterea periculū aliquid, illud uel declinat, uel subit pro ut ad gloriam Christi pertinere putat: à ueritate ramen & eius professione non recedit. At si malus sit contra quem fuditur, nunquam huic satis fieri, sed obmurmurabit semper, & iniuriam sibi fieri conqueretur. Qui postea si perga, Lata contra eum sententia, iniurius esse, coeretur potestate publica. Quod præterea fieri possit, ad componendas dissensiones ullis in rebus, nihil Deus contulit hominibus. Veritatem docere externe homo tantū potest, quod ipsum tamen frustra facit, nisi Dominus eandem doceat in animis.

Ad hanc externam doctrinam dedit scripturam suam, omnis doctrinæ recte & feliciter uiuendi principem, ad quam omnium & priuatorum hominum, & publicorum ministrorum, ipsarumq; Ecclesiæ & conciliorum dicta & scripta debere exigi, iudicari, & comprobari uniuersitate Christi Ecclesia, item Patres omnes omnium temporum crediderunt & docuerunt.

docuerunt. Excellit igitur hæc scriptura inspirata diuinitus, omniū hoc
minū doctrinam, omnia iudicia & constitutiones. In hanc igitur, ue-
lū in lucernam fulgentem in obscuro loco, respiciamus: hæc in omnibus
sequamur, omisso & scritio uestro p̄tificii pectoris, & iudicio quod Ec-
clesiæ nomine iactatis: quam quidem uestram Ecclesiā illi representant,
qui sic per omnia uiuunt, ut nemo non uideat eos a disciplina Christi es-
se alienissimos. Hæc pro scriptura Dei contra blasphemias eorum, qui il-
lam obscuram incertam & ambiguam esse blasphemant, respondeo.

Nunc ad crimen non perfecte preceptionis paucis respondeamus. Scri-
bis deinde: permulta esse in Ecclesia, de quibus nihil statuit scriptura ca-
nonica, ut de baptismo hæreticorum, de baptizandis pueris, de purgato-
rio, de multis alijs magnis & necessarijs rebus. In his igitur quem habebi-
mus iudicem? cuius autoritatem sequemur &c. Respondeo, Magnas &
necessarias res religionis nostræ esse: de quibus scriptura Canonica nihil

statuerit, pernegamus: pernegrat id quoq; patres omnes. In specie qui
de nominatim non tradit scriptura, quæ in Ecclesia salutariter ser-
uantur omnia, tamen nihil omnino est, quod ad religionem pertinere ul-
lo modo possit, de quo scriptura non in genere præceperit adeo aperte
& plane, ut & priuatus quisq; pro se, & quælibet Ecclesia pro se statue-
re facile & certissime ualeat, de rebus ijs omanibus, quæ ullum ad pietat-
em, ad omnem recte honeste uiuendi virtutem momentum adferat. Et quatuor
De qua re supra in loco de authoritate Ecclesiæ differuimus. sequentibus.

Sed uideamus, quibus argumentis probes in Ecclesia, permultas esse
magnas res & necessarias de quibus scriptura canonica nihil omnino de-
crevit. Tria commemoras ex harum rerum genere, Baptisma hæretico-
rum, Baptisma infantium, & purgatorium. At primum de necessarijs re-
bus non est: alterum ex scripturis indubitate, & necessario concluditur:
tertium est: coniectatio humana, destituta non solum scripturæ, sed eti-
am S. Patrum authoritate, ut supra dictum est. D. Cyprianus cum Con-
cilio suo Aphricano decrevit, Baptizatos ab hæreticis, etiam si iuxta in-
stitutum Domini baptizati essent, tamen debere rebaptizari, cum ad Ec-
clesiam Christi redire uellent: pro qua sententia patres illi multas quo-
d scripturas adduxerunt. At non contenderunt tamen ita oportere fieri
necessario. Quare nec cōmunionem Christi, diuersum obseruātibus ne-
gabant, id quod D. Augustinus plurimum laudat, & patres illos, ut uere
Catholicos agnoscit, & ueneratur. quanquam & ipse & uniuersa tum
Ecclesia Christi, diuersam sententiam sequebatur, scripturæ testimonio
submixus,

PAG. . . 142.

subnixus. Reliquit enim Deus Ecclesiæ suæ, ad exercendam suorum me-
 derationem, & charitatem, nonnulla in his rebus extensis, nec in scriptu-
 ris definita, nec etiam eiusmodi, ut ex scripturis statim omnino concluda-
 possint. At illa ipsa non sunt etiam necessariae ad salutem obseruationis.
 Placuit enim Deo Cyprianus cum suis Ecclesijs & Episcopis, qui Ba-
 ptizatos ab hereticis rebaptizarunt, placuerunt etiam illi, qui tales non
 rebaptizabant, sed sola impositione manuum in Ecclesijs communio-
 nem recipiebant. Ira de recipiendis penitentibus, de ordinandis Eccle-
 siarum ministris, de tempore & modo sacræ coenæ, de temporibus leiu-
 orum, multa olim in Ecclesijs obseruata est uarietas. Hoc ergo exemplu-
 de baptismate hereticorum, eo non ualeat, ut probes Latome, magnas ei-
 se res, & necessarias in Ecclesia, de quibus scripture nihil statuerit, ne in
 genere quidem. Baptisma infantium & ab Apostolis acceptum fuit, ut u-
 tissimi patres affirmant, & certo concluditur ex scripturis, quæ alle-
 cunt omnes, qui Christo credunt, participes fieri omnium promissionum,
 quæ factæ fuerunt Abrahæ, & toti ueteri populo. Promissio autem pri-
 capio facta Abrahæ & ueteri populo hæc est, quod Deus, etiam ipsorum
 semini futurus esset Deus & seruator: quod beneficium illud inenarrabile
 filij sui, collatum in genus humanum uellet in ipsis etiam infantibus
 confirmari sacramento regenerationis. Multo magis igitur hoc fieri
 Deo placet in luce noui Testamenti, in qua, ut est bonitas Dei plenius
 reuelata, sic etiam conuenit, ut eam clarius & uerbis, & symbolis con-
 sitemus & prædicemus in ijs quidem rebus, quibus ipse Christus sua
 symbola constituit. Purgatorium autem non solum non numerari inter
 Ecclesiæ magnas & necessarias, sed ne certas quidem, aut catholi-
 cas, hoc est, Ecclesiæ proprias, antea diximus. Tenendum enim illud al-
 Catholicum esse quod creditum est a Christianis semper, ubiq; & ab
 omnibus. Nā constat Apostolos accepisse à Christo, quecumque per al-
 fine possunt ad salutem: cōstat Apostolos deinde, reliquis Ecclesijs, e-
 andem doctrinam bona fide tradidisse. Vides ut ex his Exemplis que
 adduxisti nihil eius concludi possit, quod tu tanquam manifestum tibi fu-
 mis, permultas uidelicet esse in Ecclesia res magnas & necessarias, de
 quibus scripture nihil statuerit. Vides, ut nullis uel ex epis; rationibus
 id probare possis. Docet enim scripture tam absolute, & errorem
 omnem adeo discutit abunde, quādo certa nobis tradit, & plurimam op-
 cipia rectæ institutionis ut amplius nihil adjici possit ad perfectam De-
 cognitionem. Hoc est testimonium spiritus saucti, qui fallere & labi nō
 potest. Hic murus aheneus esto,

Cum igitur hic rogas. In his quem habebimus iudicem, cuius sequamur autoritatem? Respōdeo, in omnibus quæ ad religionem Christi pertinent, siue ea diserte sunt in scripturis expressa, siue ex ipsis conclusa, uel concludenda, non posse nos alium habere iudicem, quam spiritum sanctum, qui singulos Christianos, & singulas Ecclesias agit, gubernat & docet. Huius unius autoritatē sequi necesse est, spiritus enim scrutatur profunda Dei, et spiritualis dijudicat omnia. Sed alij putabunt, alij mentientur se habere spiritum sanctum, quem non habent. Non tamen deseret suos Deus, etiam si fidem eorum ita uelit exercere.

Subiçis, Hicheres opinor; si enim scriptura nominas, uides quæ pagina 19.
 bus claudare angustijs, fin ab ea recedis, metuis in patenti campo plegas. Quo te uertes igitur? Nonne cogeris tandem fateri, Ecclesiam, quæ autoritate secundum scripturam proxima est, interpretem quoque eiusdem esse, sicubi dubia illa obscuraue est? fin autem orationis iudicium non minus quam illius ualere oportere? Quid enim auctor eius aliquid expressum definitumq; non est, in eo quoque Ecclesia illud dici potest? An ignoras Paulinum illud, quo Ecclesia dicitur columna & firmamentum ueritatis? Noui non modo Paulum, sed totam scripturam docere, in Ecclesia esse sedē ueritatis, & salutaris doctrinæ, sed tamen, quoniam Ecclesia est cōcūs hominum, qui carnem istam mole laborant, perpetuo quodam, & proprio uanitatis & errorum domicilio, non recte scribis, iudicium Ecclesi non minus ualere oportere, quam sententiam scripturæ. Sed hoc uere scripsisti, Ecclesiam secundum scripturam authoritate proximam esse, pariter rausque res in scripturis non expressas ab ea definiri fatemur; sed id solum affirmamus, oportere Ecclesiam sequi in utroq; scripturarum authoritatem. Scripturas uero esse obscuras & ambiguas, aut non manifestas tenebras illusirans, præceptum Domini lucidum est, illusio blasphemiam. Scriptura enim est lucerna, cunctas humanae mentis oculos, & hominem Dei reddēs in omni iustitia perfectum. Vides opinor, quo me possim adhuc uertere, & quam nullis me

angustijs inclusorim; ipse uides ut nusquam hæream, licet confiniam
me intra fines scripturarum. Latum enim est mandatum tuum n*isi*
mis, inquit psalmus, & scripturarum campus est spatiösior, quam
ut quisquam in eo possit hærere. Quāquam & si Patrum scriptis de-
certandum esset, etiam his armis plagas uestras auertere nullius fu-
rit negotij. Nam arundinibus falsarum opinionum nitimini.

Hec ad defendendam authoritatem scripturarum afferre uolu-
ut tibi ostenderem, quam nullam ob caussam arrogantia nos accu-
ses, qui scripturis inhærere cupimus, qui Ecclesiæ proximum locu-
cum & authoritatem post sacram scripturam deserimus, non uero
partem. Nunc tandem & sacrilegij crimen a nobis depellam, idque
paucis. Nam satis notum est omnibus pijs, quam immerito nos illi-
us insimules.

R E M O T I O C R I M I minis Sacrilegij.

IN hoc crimine uehementer exaggerando, nescio quis ardor & d-
emerescens bilis te transuersum egit, & extra modestia litimes or-
mnes euexit, ut tam multas Ecclesias, tot Prouincias, tot Principes
& Ciuitates, tam atrocibus & uirulentis calumnijs inuaderet tam
impotente, nec aliam ullam ob caussam, nisi quod Euangelij doctri-
nam omnibus modis promouere studemus, & id operam damus,
ut opes Ecclesiarum in res pias & uere Ecclesiasticas impendamus.
Hic tam effrenis impetus nullam habere profecto potest excusatior-
em, multo minus in homine docto laudari debet.

Conuictiaris enim nos eripere sacramenta salutis, turbare ordi-
nem Ecclesiæ, disciplinam ueterum supplantare, nos solos facere su-
dices, omné omniū temporū autoritatē cōuellere, & his rebus iam
pridem totam per nos IN F O E L I C E M factam esse, & multu-
modis afflictam Germaniam, eamq; ei inuexisse calamitatē, quam
nemo, etiamq; eloquentissimus sit deplorare satis possit: Iacere per
nos legum severitatem, religionem oppressam esse, morem maior-
rum sublatum, nullam pietatem, nullum metum, nullum pudorem
tenere homines; Ferri equis aurigam, neq; audire currum haben-
tis

Ettamen in his malis tantis finem nullum inueniri posse, nisi nostro arbitrio permittantur omnia. Diripuisse nos Ecclesiæ, monasteria excidisse, rapuisse bona, expulisse monachos, uirgines polluisse, nūc etiam iudicia tollere conari, ne quid sit in tanta atrocitate, quod mes tuendum nobis sit, quod cursum audaciæ nostræ retardare possit.

HAEC TVA CONVITIA SVNT.

Quid uero potuit in ullos quantumuis scēdos & sceleratos homines dici atrocius, importunius, immanius? Quæ possent etiam singi inter homines portenta terriora?

Scribis eripere nos Sacra menta salutis, cum interim omnia quæ Dominus instituit Sacra menta fideliter exhibeamus ita ut instituit, ubi uos contra partim ea mutilatis, partim humanis traditionibus & somnijs polluitis, imo, quasi magicum aliquid administratis, & populum in illud opus exterritum respicientem duntaxat, peregris no sermone ludificatis.

Ordo Ecclesiæ, imo naturæ est, ut nō docendis hominibus præficiantur, qui scientia & studio pietatis alios antecellunt. Hunc ipsum ordinem, an apud nos magis, quam apud uos turbari uides?

Disciplina ueterū est, ut nemo in Ecclesia ministret, nisi qui probatus sit, uelle & posse instaurare Ecclesiæ fana doctrina, legitima Sacramētorum dispensatione, religiosa disciplinæ administratione, laudatis uitæ exemplis. Item, ne quisquam plurium Ecclesiarum ministerijs addicatur, aut ab ulla Ecclesia plus emolumentorum accipiat, quam suum poscat ministerium, Ecclesiæ fideliter & salubriter præstandum. Hæc disciplina etiam postular, ut nihil in Ecclesiis legatur aut doceatur, quam quod depromptum sit ex diuinis literis, aut probatis martyrum historijs, item ut lectiones & cantiones per inferiores tantum ordines administrentur, ut Sacerdotes interim Euangelij prædicationi maxime incumbant. Requirit item, ut censura Ecclesiastica in omnia manifesta flagitia & scelera exerceatur.

Huius disciplinæ, quæ lo quid est apud uos reliquum? aut quæ est cauilla alia, cur uestri adeo uehementer cōtra nos insurgunt, & sæpiunt, quam quod hanc unam disciplinam per ipsos pridem labefactatam reuocare studemus?

**Iudiciorum et
authoritatis
reccio.**

Sic etiam res habet de iudicis, Tu nobis cōuitium facis, quod non
solos ipsi constituimus iudices: quod omnem omnium temporum
authoritatem conuellimus. Atqui subiectimus nos cunctis potestatis
bus, iudicio nos fistimus omnium, qui personam iudicium ullam su-
stine possunt, parati rationem reddere nostrae fidei omni posse-
ti. Vestrī autem omnium mortalium iuris dictioni sese pridem sub-
duxerunt, nec ullum Laicum ulla in re iudicem ferunt, imo praece-
xtu prouocationis ad Rom. sedem, etiam Episcoporum suorum ius-
dicia elidunt: ad hęc doctrinę, uel uitę suę rationem nemini redi-
dunt: authoritatem S. Patrum, & ueteris Ecclesię ostendimus ante-
pugnare pro nobis contra uos, parati coram aequo & Ecclesiastico
iudicio illud comprobare. Id autem ne detur nobis, uos modis ob-
minibus obſistitis.

**Diripiſſio Ec-
clesiarum.**

**Excisio mona-
ſteriorum.**

**Authent. quo
modo oportet
at Episcopos.
Authent. de
non alienan-
dis aut permu-
tandis.**

**De conf. dist.
I. Placuit.**

Diripiſſe nos Ecclesias calumniariſ. Nam pura Euangelij do-
ctrina, & recta disciplina cupimus & laboramus eas restaurare, que
niam ueſtri & uitiatā doctrinā, & depravatis ceremoniis, & perditis
mis uitę exemplis omnia perturbarūt. Excidisse nos monasteria uo-
ciferaris, & expulſe monachos. At profer tu quodnā in omnibus
tua uideris monasterium, in quo uera monachorum disciplina uo-
geret: ea uidelicet, quam S. Patres, & ipsorum quoq; monachorum
regulę describunt, profer aliquod in quo sub inani titulo monachu-
mus, non sint commissa plurima, quę p̄i magistratus ferre nullo mo-
do debent, ut sunt spoliari parochias, decipi homines imp̄is culpa-
bus, decoquere in summo ocio bona dicata Christo, ut interim car-
canes & leges præcipiunt magistratibus, ut Ecclesię & sua bona,
& ministros aſſerant, ut manifestos suos ab Ecclesijs depellant, ut fu-
peritioni addicta templo & altaria, falsasq; martyrum memorias
demoliantur.

Solent hic argutuli quidam obſcere, Siliceat sacerdotes, et mona-
chos deſcere loco & facultatibus, cum non faciunt officium, licet
etiam principes, magistratus, & alios loco suo deturbare, ſillis non
recte utantur. At scriptura omnem animam potestati gerenti gladio
una subiectit, eicet iamſi praeue imperet, parere præcipit in omnibus
qua-

qui fieri, & ferri possunt inoffensō Deo. Sed de ministris Ecclesiārū, acis de Ecclesijs iplis præcepit eadem lex Domini, sanctiunt canones & leges ex ea descriptæ, ne qua ferat in loco sacerdotij Sacrum ministerium non fideliter obeuntes, neue permittat, siquidem prohibere possit legitime ea, quæ consecrata sunt Christo in usum S. ministri & pauperum, absumi impie, & cum pernicie Ecclesia ab hostibus Christi. Sed si existimas, a nostris ullo loco pulsos cœnobij ueros monachos, monasteria ueræ monasticae, & templa ueræ religioni addicta esse diruta, imo etiam in falsos monachos actum esse præter Christianam lenitatem, & charitatem, præter id quod canonibus, & legibus sanctum est, ut equidem ipse non omnes eos, qui nostri habent volunt, inter hos se fines cōtinuisse deploro. Experiamur de his iure, & iure Ecclesiastico: & emendetur, quod uitiose factum: est ualeat quod fieri canones, & leges clare iubent, Valeat potius in omnes humanitas, & indulgentia, quanta ominino illæsa maiestate Christi, & sa lute Ecclesiārum concedi poterit, ualeat inq̄ potius, quam severitas legum, quam uigor canonum, & sumnum ius Ecclesiārum. Ecclesiæ Rapina bonorum.
Christi omnibus omnia & fieri & facere student, offendere autem & Updere aliquem maximopere fugiunt, non prophana, sed coelestia exceptant, animas non opes querunt.

Addis nostros rapuisse bona, hoc criminē teneri quosdam, qui se nos tristos uocant, & fateor, & doleo: sed quicunq̄ bona Ecclesiārum conuerterunt, ad sustinendum, & souendum Ecclesiæ ministerium, ad Scholas, ad alendos pauperes, ad subleuandas publicas & priuatas necessitates, ad instauranda idonea religioni templa, & alia instru mēta religionis: nec cuiquam interim uitæ necessaria eripuerunt, neminem loco suo in humaniter deturbarunt, quod e nostris plurimis fecisse constat: eos dico fecisse, quod Canones & leges præcipiunt, nam in hos solos usus debere impendi hæc bona Canones, & leges sanctissime edicunt, iubent & ordinatos Magistratus in eo Ecclesiis adesse.

Mirum uero, quod de hac re criminari nostros potius, quam de communī huius mali remedio cogitare malitis, Nostis enim sacrilegium in Canonibus iudicari, si uel teruntū, quis ab Ecclesia accipiunt, Quid sacrilegiū. & simo.

Li in at ultra L. q. 2.

C, de Epis. &
cle. L. si quen-
quam.

at ultra id, quod requirit ministerium Ecclesiæ fideliter, & utiliter prestatum: nosti Simoniam esse & sacrilegium, si quis prece, precio, uel obsequio prophano sacerdotium obtinuit. Nostri hoc etiā publicum crimen censeri, quod non solum quilibet de populo accusare potest, sed in quod omnis etiam ordinarius Magistratus deber animaduere. Iam disisce in gregem uestrorum prælatorum, & sacerdotum, quotumquaque eorum his tantis criminibus uacuum esse putasse. Dic quantum bonorum Ecclesiasticorum Ecclesiæ apud uos praे relictum sit. Nam his nihil expensum ferri potest, nisi quod instrumentum ministerium, in pauperes, in instrumenta idonea religionis insumptum fuerit.

Eripuerunt Ecclesiæ non nihil etiam, qui inter nostros numerari volunt: at quantulum id est, si conferatur cum ijs opibus, quas illi secipiunt uestris? Nec enim propterea quod falsis gloriantur nominibus Episcoporum, Prælatorum & Sacerdotum hi uestris, qui apud uos Ecclesiæ opes tenent, & absunt, illæ opes Ecclesiæ non eripiuntur. Deinde & id tolerabilius est, si erectæ Ecclesiæ facultates, uel in Rempub. uel in homines Reipub. inseruientes impenduntur, quam si ij tantum eos abliguriant, qui flagitiosis moribus & uitæ deuastant Ecclesiæ. Porro quandoquidem a Repub. tantæ opes abstractæ sunt, quæ licet Ecclesiasticæ dicantur, ad Ecclesiæ tam usus minime impenduntur: sed a priuatæ & certis hominibus deuotæ rantur: cum sint in aulis Regum tot Cardinales, Episcopi, Abbates, Protonotarij & alij cōplures, qui rapacissime in illas inuolant, & in suas priuatim domos transferunt: cur non consulitis in medium, & in Ecclesiæ & Reipub. cur non eam initis rationem, ut quæ seruire debent Reipub. transferantur in eius usum: quæ Ecclesiæ, etiā assignentur, ita ut Canones recte sanxerunt, & leges grauissime præcipiantur. Priuatorum hic nihil est, sacra enim in nullius bonis sunt.

Authen. debo
nis Eccle, non
alienan.

Sanctissimi olim patres confractis etiam calicibus, & alijs templerum ornamentis, subueniebant priuatæ & publicis necessitatibus, captiuos redimebant, inopes sustentabant, nonnunquam etiam militibus reipub. necessaria subministrabant, accedit etiam alioquin Reipub. proxime ad ius Ecclesiæ. Nunc confusa sunt omnia: rapazunt alia.

unt ab Ecclesijs, quicunq; possunt, alij sub falsis titulis Ecclesiastico-
rum hominum, alij sine titulis. Reuocetur ergo in his tandem ius
Ecclesiæ: animaduerratur in sacrilegos, quicunq; tandem illi sunt.
Habent Ecclesiæ sua bona sacrosancta, sed ut seruant soli religio-
ni, soli pietati, sicut Deus ipse, & S. Parres constituerunt. Huic necess-
ariæ restitutioñi rerum Ecclesiasticarum, quicunq; se se non impens-
derint omnino, hos ego nunquam agnoscam in nostro grege.

Addis postea, nos polluisse uirgines. Quid ita: num quoniam
addictas impuro cœlibatu, & impiæ monasticæ nostri duxerunt
uxores huic antea responsum est in tractatu de cœlibatu. Vestri aus-
tem & stuprant eas in coenobijs, & e coenobijs ad impium concubiz-
natum rapiunt: & tamen non polluent scilicet. An obscurum est, ut
in coenobijs passim uestrorum hominum libido graffetur?

Deinde subiungis. Et tamen in his malis tantis finem nullum in-
uenire possumus, nisi arbitrio uestro permittantur omnia. Vtinam
permitteretis omnia, non nostro, sed Christi arbitrio. Certe & no-
stris & uestris malis medicina fieri posset. Nos iam supra uiginti an-
nos piam Synodus flagitamns, iudicio bonorum uirorum nos
legitimos conuentus, in quibus & religionis controversiæ compos-
ni, & Ecclesiæ instaurari commodissime potuissent, impedierunt.

Sihabitus ille conuentus fuisset, qui Spiræ indictus erat Anno
M. D. XXV, aut etiam ille, qui Norinbergæ decretus fuerat.
Anno M. D. XXXIX, non dubium est, quin & graues in Res-
pub. seditiones, & pernicioſissimum religionis dissidium, & disci-
plinae dissolutio potuissent auerti, & omnia in meliorem statum re-
stitui, & ira Dei in nos accensa restinguiri.

Sed quantumuis nos Dominus sœuis flagellis ad poenitentiam
reuocet & urgeat, quantumcunq; non tam impendeant, quam gra-
fentur turcica & intestina bella, tamen caussæ huius cognitionem, &
piam de religione restituenda tractationem, rejcitis & differtis: so-
lum de nostra interneione plærinq; uestrum cogitant. Seditionum &
schismatum dicitis esse, si nos Germani inuiti Pontifice Roman-
euertamur ad Christum, & eius iugum subeamus commodum &
leue

lene, quasi uero Ecclesiæ societas & obedientia in hoc ualere debet, ne quis Christo, qui solus est caput Ecclesiæ, & pontifex nostrus obtemperet, nisi id probent omnes, qui se falso iactant eius nomine & potestate, quasi non potius necesse sit, unumquemque Christianum & quamlibet Ecclesiam pro se complecti statim, postquam agnoscit præcepta Domini. Vt inam quæ supra de uera Ecclesiæ communione proposui, quemadmodum uera sunt, & non scripturis modo, sed omnium etiam S. Patrum testimonijs comprobata, sic etiam apud te, & alios locum inuenirent.

Sed clamitatis etiam omnia sic fuissent in Ecclesijs corrigenda, & mutanda, sicut per nos correcta sunt, & mutata, id tamen non potuisse licere, nec Ecclesijs nostris, nec ministris illarum, nec magistris tibus nostris. Harum enim rerum emendationem pertinere ad iustum generale Concilium, uel Pontificem Romanum.

Ostendi supra abunde, secus statuisse Deum, & secus omnes Ecclesiistarum ueros Episcopos obseruasse. Etenim & unusquisque priuatim & quælibet ecclesia debet mandata Domini suscipere, postquam agnouit ea. Ius quoque naturæ non ignoras concedere omnibus omnina, quibus se conseruent. Sed præcepto Christi negligere, & Anticristi mandata facere, perniciosum est, & Christianis singulis, & totis Ecclesijs. Cuiuscè igitur Christiani est, & cuiuscè Ecclesiæ ea quæ Christi sunt & mox ut cognoverit, amplecti, repudiare quæ sunt Anticristi, nec ulla in eo expectare uel synodos, uel superiorum iussiones, maxime cum hac re nemini ulla iniuria fieri, aut quicquam eam inferri incommodi possit. Commodum enim est iugum Domini, & onus eius lene. Ad hæc ergo iuuare ecclesiastis omnes debent impediare nemo. Omnia enim ecclesiastū sunt, etiam Paulus Apolo, & Petrus: nec est in Ecclesia potestas, nisi ad ædificationem. Potest statibus primarijs deferenda sunt omnia, & multa etiam iniqua, ab illis perferenda, sic tamen ne quid contra Christum. Optabilius que scissura est, abscondi a corpore Antichristi, & unirursum corpori Christi, secedere a multititudine Christo rebelli, & infierere se iterum gregi pusillo obtemperantium Christo.

Vltimum

Vltimum conuictum est, nos nunc etiam iudicia tollere, ne quid sit in
tanta atrocitate, quod metuendum nobis sit, quod cursum audaciæ no-
stræ retardare possit. Hoc de reiecto iudicio Cameræ calumniar. uerū
appello conscientiam tuam Latome: consule tu, quid faciendum nobis
putes. Quis enim unquam audiuit iustum esse, ut Christiani & liberi ho*ius* iudicio came-
rae. mines, ius sibi dici patientur ab ihs, qui sunt ipsorum coniurati hostes?
Iurauerunt enim Iudex & assessores iudicij Cameræ Imperialis, se iudi-
catores iuxta Decretum Augustanum. Hoc decretum confirmat adver-
sus nos edictum Vuormaciense, & nos ihs subiicit poenis que in condem-
natos haereticos & imperio rebelles, decretæ sunt, hostesq; nos facit, &
Ecclesiæ & Reip. Imperij. Haec uero poena quam late pateant, quam
omne ius humanitatis eripiant, & ex hominibus penitus tollant, non
ignoras: nec enim sunt ullæ atrociores. Qui iam talibus nos poenis di-
gnos praedicatorum sunt, eos ne iubes ut patiamur iudices, & nos eorum ar-
bitrio permittamus? Maxime, aiunt: dicimus enim ius etiā iudæis, quo
rum tamen religionem condemnauimus, ut & uestram. Iudæos igitur
nos putatis, atq; ideo seruos habetis tot principes, tot prouincias, tot ci-
uitates liberas, non nominis tantum, sed etiam census Christiani. Sed ne
ut Iudæos quidem nos habetis, nam ihs nullas ob uitiosam religionem
poenas statuit: in nos autem acerbissimas om̄i poenas decernitis. Sunt qui
inter iudices nostros esse uolunt, qui nullo alio nos nomine, quā periueros
nebulones, quā Schelmones, ita n. student elegantia sermonis, uocē, ut
bus Imperij constitutū uocat Schelmoquī, eo qd uisum sit nō rā in no
stra, quam ueritatis partem inclinare. His scilicet idonei uobis erunt,
qui de nobis suum iudicium faciant, qui iuris nostri sacerdotes sint?

Horrendum quidem uel cogitatu est, fateor, nullum esse in tanto re-
gno summum tribunal, cui omnes ex æquo pareant, nulla communia
omnibus, nec Ecclesiastica, nec C iulia iudicia. Sed quis obstat quo mi-
nus hæc restituantur? Nos sane ad omnem legitimam religionis consti-
tutionem nostra studia offerimus, Vos hæc fugitis. At dum de religione
non fuerit inter nos recte constitutum, que poterunt nobis esse commu-
nes leges? si nullæ communes leges, quæ iudicia, quæ pax aut tranqui-
litas? Quamdiu enim uos Decretum Vuormaciense & Augustanum se-
cuti, quibus constanter inhæreris, habebitis nos ut haereticos, ut perduel-
les Imperij, & Ecclesiæ hostes: contra, quamdiu nos existimabimus re-
ueras uos esse Antichristos, oppugnatores Euangeli, & Christianæ di-

sciplinę eversores! quæ obsecro inter nos uel ciuilis societas, uel humanae
tatis ratio consistere potest?

Calumniari postremo totam per nos infelicem, multisq; modis affi-
ctam esse Germaniam, supra quam quisquam possit pro dignitate cor-
queri, uel deplorare, etiam si eloquentissimus sit. Sacere contemptam lo-
gum seueritatem, religionem oppressam esse, morem maiorum sublari
nullam pietatem, nullum metum, nullum pudorem tenere homines, sen-
equis aurigam, nec audire currum habenas. Inter nostros ego Latome fo-
lum eos numero, qui Euāngeliō Domini nostri Iesu Christi ex animo ce-
dunt: qui fructus Euāngeliō dignos proferunt. Et qui sunt tales, illi au-
gio procul in primis optant & Deum precantur, ut legum sanctitas, reli-
gio, mos ueterum bonus, ut pietas, ut peccandi metus & pudor restitu-
tur & uigeant. Quām nihil autem hēc omnia uestri cogitent & habi-
ant cordi, sati loquuntur & ostendunt ipsorum actiones & mores. Quām
bus enim uester hodie clerus teneri se legibus putat, quam curat religio,
nem̄ quid ualeat apud eum mos sanctorum uetus? quām pietas in illis con-
spicitur, qui metus aut pudor à flagitijs deterret eos?

Tu ipse postea sateris prolapsam esse apud uestros Ecclesiæ discipli-
nam, mores corruptos, uitam procerum & ministrorum ordinis Ecclesiæ
stici, luxu, avaritia, ambitione inquinatam esse. Doctrinam partim negli-
gi, partim sordide & impure tractari, ex quo factum sit, ut cōcionatorei
indocti, absurdii, inepti, habeantur iu Ecclesijs, negligi curam animarum
& parochias deseriri: certari de otiosis beneficijs: & calumniosarum lirium
turpiumq; nundinationum in quaerenda sacerdotijs sinecn nullum ei-
se. Itaq; ex his malis grauiora iam pridem secuta esse: dissidium pene Euā-
ngelicum in Ecclesia, religionem corruptam, ignorationem uerbi Euā-
ngelici, abiectionem ueterum disciplinam, animos dissolutos, uitam implan-
tempram Dei, contemptum magistratum, odium sacerdotum, & u
semel dicam, tantam uictoriū scelerūq; molem, quantā uix hodie sustinere
possimus. Hēc ipse tu in tuis agnoscis, quod liberalis est ingenij. Curiatur
per nos (ad me enim administrum Euāngeliō Christi tua rescripta)
qui ad tantorum malorum emendationem summis laboribus & pericu-
lis nunquam non homines excitamus, in eaq; causa multorum etiam pi-
stantium virorum sanguinem impendimus, cur inquam per nos tam
felicem & multis modis afflictam Germaniam esse criminari? cur ho-
fructus Christi Euāngeliō ascribis? cur hanc nos Ecclesiæ uulneribus ab-
hibere medicinam, cur hisce moribus regnum Christi propagare nos ab
firmas?

Pag. 27

Quæ Lato-
mus in suis de-
plorat.

Fateor ingenue apud nos complures abiecisse quidem Papæ tyran-
nidem, sed iugum Christi minime tamen suscepisse. Fateor & queror su-
stam societatem corporis Christi nondum esse apud nos, ut oportebat,
recte constitutam. nonnullos etiam de bonis Ecclesiarum non statuere
ex Euangelio Christi. Fateor inter nos ministros quoq; multam esse in-
firmitatem: non sic omnes a' negotijs profanis abstractos, muneri suo ua-
care, ut oportebat, tantacq; spiritus prudentia & lenitate, tanta cura & as-
fiduitate, quam hæc functio requirit. Sed cui cause hæc incommoda
feres acceptarum Euāgeliō quod nos profltemur? id nihil docet, quam
ut Christo fidamus & charitatem exerceamus. An uero quod per nostrā
doctrinā est patesfacta tyrannis & impostura Antichristorum? Homines
alioqui propter uiriam ab origine naturā, ad deteriora propendent, &
ab omni seueriore uiuendi disciplina abhorrent: multis sunt uocati, sed pau-
ca electi. Quoniam ergo uos, qui tantam retinetis potentiam & opes, re-
stitutioni Ecclesiastica disciplina tam obstinate resistitis, & Satan præ-
terea uarios hæreticos excitat, ut & Apostolorum & martyrum temporis
busfecit, ac facere solet, quando cuncti purior Christi doctrina publica-
tur. Hæ sunt causa quod Euāgeliū cursus apud nos plurimum impedi-
tur, & quod studium restituendæ discipline languescit & debilitatur.

Id quod facile ac certo cognosceretur, si tandem uelut ex altissimo som-
no & uereno expergefacti, possemus uidere & sentire, quibus malis cir-
cumallati sumus & oppressi. quo fieret, ut ad unicum liberatorem no-
strum Dominum nostrum Iesum Christum, cui pater omnem potesta-
tem tradidit in celo & terra, toto pectore respiceremus, & ab ipso uno
consiliū, uiam & rationē restituendi res Ecclesiæ, res salutis nostræ pete-
remus. Tu enim nulla nos fascinari patremur uel longi temporis præscri-
ptione aut multorū hominū erroribus, nullas mendaces larvas & inanies
titulos moraremur, sed secuti uocem & dona Domini, uitios deligeremus
religiosos, doctos & prudentes, qui controuersias religionis, adiuuante
Domino, discuterent, qui ueram conciliandi inter se & reformandi Eccle-
sias rationem in uerbo Domini, & uera Apostolica traditione proposi-
tione, etiam agnoscerent, qui haud dubie Dominus ipse spiritu suo nobis ades-
seret, consilia nostra gubernaret & pitorum gemitus ac uota perduceret ad

Hanc rationem reuertendi in uia, & res Ecclesiæ constituendi, si Do-
minus non aperuerit nobis & ad suscipiendum eā animauerit, perrum-
petta.

Vires Eccle-
siasticas restitu-
endi.

Kk ij petta.

per tamen ipse uerbo suo, colliget quos pater ei donauit: & quicquid tandem mundus ordietur aut machinabitur, seruabit eos, & impiorum animam in spolium eis daturus est, ut Baruch promittebat.

Cæteri omnes tam hypocritæ, qui Christo sine fide & uera obedientia dicunt, Domine Domine, quam etiampalam rebelles & hostes regni eius, qui dicunt, Nolumus hunc regnare super nos, iudicium quod meruerunt experientur. Hæc faciat Dominus ut in tempore cogitemus & credamus omnes, antequam ira Dei sic ebulliat & liquefaciat in nostra Germaniam, ut postea restinguamplius non possit.

Hæc uolui tibi respondere ad criminationem illam sacrilegij, quod mis atrociter obijcis, & a nobis admissum esse dicis, non solum in templo & bona templorum: sed in ipsa quæ Sacraenta salutis nostræ, in ordinem, in disciplinam, in authoritatem & iudicia cum Ecclesiæ, tum etiam Imperij.

Nunc itaq; si nem huic responsioni meæ toti imponere libet, in quanto agnoscetis me & intra fines disputationis, ut postulasti, constituisse, & nihil eorum quæ in tuam partem scripsisti, dissimulasse. Dominus faciat, ut & tu, & alij synceris animis legant & dijudicent.

**Excusatio secundum
ueritatis in duendo.**

Expressit mihi iustus dolor, & studium ueritatis aliquot uoces, quæ tibi forsan uidebuntur esse duriores. At consydera pondus causæ & quantum agimus, admittit in animum amplitudinem maiestatis Christi & regni eius, pro qua decertamus: perpende quo tuæ criminationes pertineant, quanti nobis facienda sit adsertio Euangeli, quanti salus tot animalium pro quibus mortuus est filius DEI. Postremo quid exempla doceat Dominini, Prophetarum & Apostolorum, quando obiurgant eos, qui facti non habent, quod legem Dei transgrediuntur: sed oppugnare illam enim non uerentur.

Hoc tamen testatum omnibus uolo, (quod etiam supra feci in tractatu de Cœlibatu) quicquid acerbius scriptum uideri poterit, id omne continent in eos scriptum esse, qui Euangilio Christi pertinaciter aduerterunt. Non dissimulasti omnino labes & flagitia tuorum: ferunt etiam te dicere, si res tibi fuisset cum aliquo uestræ partis, te grauius exagitatrum fuisse uestrorum sacerdotum uitia. Satis etiam credo, nisi D. Georgius a lapide Decanus Cœlquentinus, haec in re studiosior sui ordinis quædictum a te minime fuisset obiectum Ecclesiæ Christi. Fazit Dominus officium ut tam laboret, quo tandem recipiantur & locum habeant ea, quæ proprie-

pe Linzium in monte fatebatur esse recta & necessaria Ecclesijs : quam laborauit ut haberent ex tuo scripto, quo sibi blandirentur aduersarii regni Christi. Deus non irridetur, & qui cum Domino non facit, contra eum est, qui non colligit una, dispergit. Sed ad te, Ex his & aliis causis, non numero te inter deploratos hostes Euangelij: sed spero te caussam hanc penitus introspecturum, & diligenter lecturum Diuinas literas, item S. Patrum scripta, tum etiam nostrorum hominum commentaria. Quod si feceris, implorata gratia Dei, procul dubio longe aliter & senties & scribes. Hoc adeo Dominus tibi conferat, & omnibus qui regno Christi per ignorantiam adhuc aduersantur.

Sub finem tui scripti, multis uerbis laboras ostendere, te nullo tempore in hac operatione non fuisse. Per me Latome, licet ut ipse te qualem uis proficeret: quanquam malim nos idem sentire, & semper in Domino sensisse: Tamen si ita de nobis sentiebas, ut haec tua responsio pre se fert, indignum certe fecisti humanitate & candore, quem tibi plerique tribuerint, quod cum apud nos Argentinæ diu multumq; uerbareris admodum familiariter & amanter, ne uerbo quidem ullius erroris, ullius praui dogmatis, aut ritus, ullius perturbationis in Ecclesia nos admonueret. Certe si tales sumus, quales tu nos hde tuo scripto depinxisti, sumus indigni quibus uel bene precentur homines: nedum adiungant se tam amice, ut tu Capitonii uita defuncto: item Hedioni & mihi, aliosq; eiusdem professionis hominibus te tum coniuxeras. Omitto hic sermones familiares ad tuos ueteres amicos, & ad me ipsum. prætereo & alia argumenta, ex quibus profecto credebam usque ex animo optare doctrinam Christi, omnemq; administrationem Ecclesiarū esse restitutam, & nostra in hanc rem studia non improbare. Verum, ut dixi, in te solo positum est, qualis est esse uelis & uideri Dominum. IESV M autem oro tibi donet, ut uelis maxime ipsius & esse & uideri.

Postremo deprecaris ulteriore dimicationem, excusans negotia ciuilia. Ego uero uelim te etiam ab hac dimicatione abstinuisse, uel saltem non produxisse illam in publicum per Decanum. Abhorreo enim a risi: deinceps utiliora & magis necessaria mihi incumbunt pro regno Christi facienda. Sed cum pridem intellexisset nō paucos ex sophisma Christi insolentius insultare: alios etiam, & si ueritatis studiosos, nonnulli perturbari, uisum est pro Euangeliō Christi his semel respondere, & ta maxime, qua de Ecclesia, tum etiam de coelibatu hic utcunq; perscri-


ps. Inter hos utram tuum nomen, tam per Decanum, quām per te filio
tio præterire licuisset. Verum quia tu sophismata, & falsas criminali-
ties illorum quasi epitome quadam exhibuisti, & eloquentia dictio-
nare, non parum commendasti, quia uoluit Decanus hæc publice extare
& tibi & illis una respondere uisum est. Proinde quid de huiusmodi ex-
amine statuas, tuum esto arbitrium: ego ad oppugnandum quæ Christi
esse non dubito, non solum neminem prouocare uolo, sed si possem ab
ea pugna & te & omnes alios malum reuocare. Oppugnantibus autem
prodere doctrinam Christi & ueras eius Ecclesiás, non licet. Dominus
IESVS dedit tibi & omnibus nobis uidere & eligere in rebus omnibus
quæ ipsi maxime probantur. A M E N. Datum Spiritu in
Comitijs 20 Martij Anno 1544.

Matth. 15

F I N I S.

E R R A T A.

Pagina 13 linea 27 legendum Caiaphas. 22 10 luxuriatę fuerint, in Chri-
stib vol. 28 25 meq; 36 23 tantundem sub. ibidem 11 ea legas 40 16 cene-
ritas. si marg. Dilemma' 53 14 adserenda. 62 4 sit suauis. ibid. 15 7 cene-
sbi. 29 scripturæ, uerum etiam naturæ iudicio. 64 12 cunctatione. 77
23 alterum inſtre. 86 1 perdant. ibi. 14. qñ miserrime ibid. 18 sic quoq; impi-
77 5 deferimus. 90 31 diutius. 94 31 qui quia uere 99 6. ipso, quanquā
110 15 & educatos. 113 18 quantum 127 31 adeſt, adeſt 129 6 statuum 16
31 reuelarat, 138 15 iſdem etiam. 139 4 ceu famil. 147 16 sit, & 148 10 Da-
bitari. 150 11 & sunt. 155 24 quæ illi. 160 1 sit elect. ibid. 12 illisuelint
162 32 eruditurerur 168 1 occurritis 171 ult. Episc. facere 173 4 cum Pontifice
175 8 substitueretur. 252 14 Nos pura. 256 19 præceptum. ibid. 3 Opere
bile.



1536492

CCN 731028559